

APPENDICES

11

Molto Ill^o e Signor Mons^o amico frutto bonorum Jo. Radziwił
 zia a Vr. Signor che mi ha uoco liberato ed onorevo. nel Dm
 ggi de l'infanzia, or ho fatto un quarto mezzo secolo molto
 che ho perduto per Dio, or non ho in quella fragranza perduta
 in altri tempi fortunato a la Padre ha uocato il voto di
 poi quello perduto in qualche è nel recinto maromio d'In
 man. te nel Senio del bancho andar mi percosi più tardi.
 Ma le cause di quell'anni andar sono tanto e ragione ce import
 tanto che non è possibile in modo alcuno che io faccia altro.
 Se questa del Danno comune a la caja nostra ce poi partita
 loco del mio invecchi per die ha uocato e la uita buon no
 so patrimonio è non ci andava ad ogni modo a pericolo che
 lo uoto mai il dñs. non m'è come massimo adotz' un accolata
 studia de suo Vr. Per m'abbonito mia uite lo uoto del signor
 del sgr. Grem. Marescial mio febile che sei in Paolo si de la me
 die più andavano i manifesta occorre onto l'obligo mio uo
 se il fielle morto che mi amava tanto et dal qd'lo in diavoli
 segnalati sommersi, non salisciu che ce habbia uocato da alto
 donar i suoi in un bisogno tanto ottimo, m'ho uocato
 lui consolato in me ogni uff' et uicemeno quale m'ha collon
 la moglie et i figliuoli quoz. Non lo preferri far en confidone
 fessa particolar castigo de Dio, se mai credere che ti uoto
 tutto l'anno che don i suoi per me dovrà fare uocato cui s'uo
 mino danno. Tuttavia se m'abbiare uolentissimo ion Vr. Dm
 amanti questo mio maggio non uidermo ne purcelo fare qui
 tombar. E che i Patti per dove piacendo a Dio uota a ben
 intanto morale. a Vr. Dm con ogni offerto pregarmagie de
 Dio ogni maggiu concerto di don prece la uolla uincere con
 sua fama. Di Bojanyi alle 4 de Dm 23.9.2
 Et Vr. molto Ill^o e Signor

atto per formiglio
 G. Radziwił
 Catt. Radziwił

Epistula autographa card. Georgii Radziwił ad Germanicum Malaspina
 Bodzentini 4 XII 1592 data (ASV F. Borgh. III 120 fasc. A f. 17)
 vide N. 207 p. 337-338

A. 1

Innocentius IX, pontifex maximus, Sigismundo III, regi Poloniae, et archiducessae Annae Austriacae

Romae, 30 XI 1591

Ad matrimonium ab iis contrahendum se referens ab impedimento tertii et quarti consanguinitatis gradus eos dispensat et prolem hac unione nascitaram legitimat.

Min.: ASV Sec. Brev. 184 f. 464.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Poloniae regi IIIⁱ et dilectae in Christo filiae nobili mulieri Annae, bonae memoriae Caroli archiducis Austriae natae.

Innocentius papa IX. Charissime fili et dilecta in Christo filia nobilis mulier, salutem etc. Cum sicut accepimus, vos invicem matrimonium contrahere cupiatis, sed quia tertio et quarto consanguinitatis gradu a communi stipite proveniente invicem coniuncti estis, desiderium hoc absque speciali Sedis Apostolicae dispensatione adimplere non potestis, nos huiusmodi matrimonium cum benedictione nostra ad effectum deduci cupientes, vestris in hac parte nobis humiliter porrectis supplicationibus inclinati, vobiscum, ut impedimento tertii et quarti consanguinitatis gradus a communi stipite provenientis huiusmodi ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque non obstantibus matrimonium inter vos publice servata forma Concilii Tridentini contrahere illudque in facie Ecclesiae solemnizare et in eo postmodum remanere libere et liceite possitis et valeatis, auctoritate apostolica tenore praesentium dispensamus, problem exinde suscipiendam legitimam nunciando, distantiam vero tertii respectu quarti gradus huiusmodi non obstare declaramus. Datum Romae apud S. Petrum etc., die 30 novembris 1591, anno primo.

M[arcellus] Vestrius Barbianus

A. 2

Germanicus Malaspina Clementi VIII, pontifici maximo

Romae^a, 17 II 1592

Accusationes sibi factas, quod tempore, quo munere nuntii apostolici in Regno Neapolitano fungebatur, iurisdictionem ecclesiasticam defendere neglexerit, propulsat et summum pontificem rogat, ut de actionibus suis aequabile et integrum iudicium pronuntiare velit.

Aut.: ADLP F. Aldobr. 27 f. 274-274v, in dorso alia manu praeter alia: Scolpa^b di Ger[mani]co fedele et li negotii da esso pubblicamente trattati nella nuntiatura di Napoli l'anno 1591.

Non crederò di essere tenuto da la S^a V. per troppo ardito se prostrato a' suoi santissimi piedi per defensione de l'honore et innocentia mia la suplicarò non di gratia, poiché presuporebbe colpa, ma di rigorosa giustitia et a volere suspenderre l'intelletto nel condenarmi intorno le imputationi datemi insin tanto che V.B^{ne} tochi con mano la verità, la quale aparirà di manierà, con l'aiuto de Dio, che V.S^a cognoscerà che io ho sempre mantenute le mani monde et conservata la conscientia immaculata in defensione della iurisdizione ecclesiastica, et particolarmente nel Regno di Napoli, come la S^a V. potrà vedere dal scritto che invio a li suoi santissimi piedi¹, quale authenticarò con lettere pubbliche ad ogni ordine di V.B^{ne}. Et se li principi appresso a' quali son reseduto me hanno amato, la loro benevolentia non è stata convertita da me ad altro uso che a quello del beneficio della Santa Sede, poiché da essi non ho pur voluto accettare lettere di favore non che imbratarmi le mani con intrate o presenti. Se le cose delle quali son imputato causassero danno solamente a la mia persona, potrei con minore dolore dissimulare, ma partendomi da questa corte con opinione d'avere commesso cose tanto brute, non tanto in persona di un prelato quale ha servito in sette carichi publici, ma in quale si voglia altro huomo, vengo a rendermi inhabile per il governo del mio vescovato. Però, B.P., ritorno a suplicarla a volersi chiarire della verità, et conforme a quello che ritroverà o castigarmi o, in evento che io sia inocente, non permetter[e^c] che a torto sia lacerato l'honore mio. Né voglio credere che Dio s[ia^c] di modo adirato meco che essendo io stato chiamato qua dal c[....]^c suo senza alcuna mia manifatura, voglia permettere che da ta[l^c] chiamata ne debba resultare che io in ricompensa de molte fatiche ne riporti tanto danno ne la reputatione. Et basciando li suoi santissimi piedi, prego N.S. Dio che a la beatissima persona di V.S^a concedi longa et felice vita.

^a Di casa aut. ^b *praeceditur ab expuncto* è bene da legerla per le cose di Napoli ^c *decrementum chartae*

¹ *Vide p. XV ann. 19.*

A. 3

Relatio de card. Georgii Radziwilt, legati a latere Clementis papae VIII, itinere in Poloniam a Paulo Alaleone, caeremoniarum magistro, confecta

22 II – 30 X 1592

Aut. : BAV Vat. Lat. 12294 f. 205v–228v, *titulus*: Itinerarium Poloniae usque ad paginam 224.

Cop. : 1. BAV Barb. Lat. 2815 f. 239–266v. — 2. BAV Barb. Lat. 2448 f. 69v–77v. — 3. ASV F. Pio 15 f. 8–38v. — 4. BAV Chigi L II 35 f. 15–63v. — 5. BAV Vat. Lat. 9244 f. 299–336. — 6. BAV Vat. Lat. 12428 f. 139–154. — 7. A. Caetani Misc. 1005/62 p. 629–696. — 8. B. Vallic. I 66 p. 216–274. — 9. AS Torino Racc. Mong. 103 f. 7, 9–48. — 10. BL Add. 8453 f. 291–323v.

Ed. : Meyszowicz 43–75, ex cop. 3.

Sabato, die 22 februarii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus, qui a die, quo crucem in consistorio habuit¹, semper in Urbe secrete stetit extra moenia in vinea III^{mi} Dⁿⁱ Salviati², deinde per diem ante ivit ad monasterium S. Mariae de Populo³, et eadem die de mane audita Missa, et ego⁴ simul cum eo, discessit Roma a dicto monasterio, in quo dormierat nocte praeterita, et ego secum discessi⁵. III^{mus} D^{nus}

¹ — — Demum in eodem consistorio (*die 17 II 1592 habito*) crux a pontifice cum solitis caeremoniis R^{mo} D^{mo} cardinali Radzivil, legato ad regem Poloniae destinato, data fuit, qui finito consistorio a collegio usque ad aulam Regiam associatus fuit, ubi factae fuerunt solitae et mutuae reverentiae; non autem usque ad portam Civitatis, ut conveniebat, cum esset legatus ultra montes, associatus fuit, quia ob tempus frigidissimum et ventosum pontificaliter equitare non admodum commodum et oportunum iudicaverunt (Diariorum caeremonialium Ioannis Pauli Mucantii Romani, i.u.d. et caeremoniarum magistri, t. 2, BAV Vat. Lat. 12317 f. 86–86v, cop.). Cf. diarium Pauli Alaleone, BAV Vat. Lat. 12294 f. 204, aut.; diarium card. Iulii Antonii Santoro, ASV Arch. Consist. Acta Misc. 51 f. 8, aut.; diarium card. Hieronymi Rusticucci, camerarii Sacri Collegii, ASV Misc. Arm. XII 118 Af. 47, cop.; ASV Arch. Consist. Acta Vicecanc. 13 f. 31, or.; diarium alicuius cubiculari secreti Clementis papae VIII, ASV F. Borgh. IV 145 Af. 125, aut.; BAV Urb. Lat. 1060 f. 109, novitates de 19 II 1592.

² Antonius Maria Salviati, 21 I 1537 – 17 IV 1602, epus S. Papuli (Saint-Papoul) annis 1561–1567, nuntius in Gallia annis 1572–1578, cardinalis a 12 XII 1583, legatus Bononiae a. 1585 nom. (HC III 47, 270; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. LXXX ann. 60).

³ Monasterium Fratrum Eremitarum S. Augustini ad ecclesiam S. Mariae de Populo situm.

⁴ Paulus Alaleone de Branca, ca 1551 – in. I 1643, caeremoniarum pontificiarum magister 15 XII 1582 – VII 1638: primo fuit coadiutor avunculi sui Ludovici Branca (ob. 29 VI 1587), postea socius Francisci Mucante in secundo loco, quo mortuo (6 X 1592) primum locum in caeremoniarum officio obtinuit; duabus legationibus in Galliam missis interfuit: annis 1589–1590 card. Henricum Caetani, annis autem 1596–1598 card. Alexandrum de Medicis comitatus est; beneficiatus basilicae S. Petri de Urbe a 1 XI 1595; una cum card. legato Petro Aldobrandini m. septembri a. 1600 exeunte Florentiam se contulit, ubi magister caeremoniarum nuptiis per procuratorem Mariae de Medicis et Henrici IV regis astitit; canonicus basilicae S. Ioannis in Laterano a 24 XI 1608 et S. Petri a 22 VIII 1622 (Caetani; Moroni XXXVII 274, XLI 178).

⁵ Paulus Alaleone pontifice maximo mandante cardinalem legatum comitatus est, sed in Poloniam invitus se contulit: Papa mandavit mihi (*die 17 februarii*), ut vadam cum III^m D^{mo} cardinale

cardinalis Radzivilius legatus ascendit caroziam seu currum, familiares sui et ego equitavimus, et facto ientaculo in hospitio Baccani⁶ ivimus omnes ad Caprarolam⁷, in qua de nocte pervenimus; quod oppidum est III^{mi} Dⁿⁱ cardinalis Farnesii⁸, in quo laute et commode hospitati fuimus ac pernoctavimus expensis III^{mi} Dⁿⁱ cardinalis Farnesii, more Farnesiorum.

Dominica 2 Quadragesimae, die 23 februarii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus permansit Caprarolae, et in mane dixit Missam lectam in ecclesia principali dicti oppidi, quae est sub invocatione et titulo S. Angeli, et nos omnes secum permansimus.

Feria 2, die 24 februarii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus simul cum suis familiaribus et me in lectica vectus discessit a Caprarola et ivit ad Montem Faliscum⁹, facto ientaculo Viterbii¹⁰, in quo pernoctavit et nos omnes pernoctavimus.

Feria 3, die 25 februarii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa in habitu itineris rubeo discessit a Monte Falisco in lectica vectus, facto ientaculo in oppido Bulsenae¹¹ ivit ad Aquam Pendentem¹², ubi propter malum tempus frigoris et nivis pernoctavit et hospitatus est.

Feria 4, die 26 februarii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa in ecclesia Beatae Mariae Virginis Fratrum Conventualium S. Francisci oppidi Aquae Pendantis, in habitu itineris rubeo de lana, in qua Missa osculatus est librum Evangeliorum et instrumentum pacis a me sibi oblata et portata, ivit ad hospitium prope oppidum S. Quirici¹³, ubi pernoctavit et hospitatus est, facto ientaculo in hospitio Aradicofani¹⁴ seu in caupona.

Feria 5, die 27 februarii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa in ecclesia S. Francisci oppidi S. Quirici in lectica vectus arripuit iter versus Senas¹⁵, quo pervenit hora 24¹⁶. Et in itinere obviam III^{mo} D^{no} legato venit gubernator civita-

Radivilio legato de latere in Poloniam, et quamvis mihi displiceat, faciam pro oboedientia. — — Eadem die (*19 februarii*) denuo mandavit mihi pontifex absoluta processione, ut irem cum III^{mo} D^{no} cardinale Radivilio legato de latere in Poloniam. — — Eadem die (*21 februarii*). Ego osculatus sum pedem papae et habui benedictionem, et licentiavi me pro itinere faciendo; et pontifex dixit mihi: „gratum mihi facis in eundo”, et ego respondi: „libenter proficiscor cum III^{mo} D^{no} legato, cum S^{tas} S. hoc mihi mandaverit” (*BAV Vat. Lat. 12294 f. 204, 205–205v; cf. Caetani 18–19*).

⁶ *Baccanae* (*Baccano*), *statio cursualis in via Cassia, ad Baccanas dicta, 22 km a Roma distans* (*Fornari 58; Nibby 290–292*).

⁷ *Caprarola, oppidum ad lacum Ciminum* (*Lago di Vico*) *situm nobilissimo palatio Farnesiorum excellens*.

⁸ *Odoardus Farnese*.

⁹ *Mons Faliscus* (*Montefiascone*), *oppidum*.

¹⁰ *Viterbium* (*Viterbo*), *civitas*.

¹¹ *Volsinium* (*Bolsena*), *oppidum*.

¹² *Aquipendium* (*Acquapendente*), *oppidum*.

¹³ *S. Quiricus* (*S. Quirico d'Orcia*), *oppidum*.

¹⁴ *Radicofanum* (*Radicofani*), *oppidum*.

¹⁵ *Senae* (*Siena*), *civitas*.

¹⁶ *Secundum horologium integrum, i.e. ante horam 18.*

tis Senarum¹⁷ cum equitibus cataphractis, et descendit ad palatium dⁿⁱ gubernatoris, qui d^{num} legatum invitavit, et hospitatus est. In itinere fecimus ientaculum in Bonconvento¹⁸, et introivit Senas simul cum d^{no} gubernatore in curru ductus, et non in lectica propter d^{num} gubernatorem.

Feria 6, die 28 februarii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia parochiali Senarum, quae est prope palatium dⁿⁱ gubernatoris Senarum, et huic Missae etiam adfuit d^{nus} gubernator, cui fuit data pax post d^{num} legatum. Audita Missa Ill^{mus} D^{nus} legatus associatus a d^{no} gubernatore, in curru ductus usque extra portam et moenia civitatis Senarum, et factis caerimoniis ascendit in lecticam et ivit ad oppidum S. Casciani¹⁹ facto ientaculo in oppido Pogibonzi²⁰. In Missa librum Evangeliorum et instrumentum pacis ad osculandum ego tuli et dedi, ut semper feci in aliis Missis, cum non sit praelatus ullus cum d^{no} legato.

Sabato, die 29 februarii 1592 anno bisestili [s]. Ill^{mus} D^{nus} legatus audita Missa lecta discessit a S. Cassiano et in lectica vectus ivit Florentiam, quo per venit hora prandii. Et in itinere obviam venit Ill^{mo} D^{no} legato praefectus domus²¹ Ser^{mi} magni ducis Hetruriae²², qui nomine Ser^{mi} magni ducis invitavit cum maxima instantia d^{num} legatum. Deinde obviam venit R^{mus} D^{nus} episcopus Viterbiensis, nuncius apostolicus Florentiae²³, qui erat sine mozetta pro reverentia Ill^{mi} Dⁿⁱ legati, et ita ei monitum fuit. Ill^{mus} D^{nus} legatus permansit tota hac die Florentiae et pernoctavit, et hospitatus fuit cum omnibus suis familiaribus expensis Ser^{mi} magni ducis, qui non erat Florentiae²⁴.

Dominica 3 Quadragesimae, die prima martii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audita Missa in cappella secreta palatii ducalis de Pittis²⁵ nuncupati ascendit in currum seu caroziam cum d^{no} nuntio apostolico Florentiae residente et cum praefecto domus Ser^{mi} magni ducis ivit usque extra portam civitatis Florentiae, deinde invicem salutatis ascendit in lecticam et ivit Pratolinum²⁶ [s] versus, in quo loco

¹⁷ Thomas Malaspina de Villafranca, ob. 1605, gubernator Senarum annis 1591–1593 et iterum, post Fabium Penna de Corgna, annis 1594–1603 (AS Siena. Guida 16; Litta IV tav. XIX).

¹⁸ Bonconventum (Buonconvento), oppidum.

¹⁹ S. Cassianus (S. Casciano in Val di Pesa), oppidum.

²⁰ Podium Boniti (Poggibonsi), oppidum.

²¹ Aeneas Vaini.

²² Ferdinandus I de Medicis.

²³ Carolus Montilio (Montigli), ob. 10 IV 1594, i.u.d., aepus Amalphitanus a 20 XI 1570, administrator Viterbiensis a 28 III 1576 et epus Viterbiensis a 18 V 1587, nuntius ordinarius Florentiae 3 VIII 1591 – II 1592 (HC III 106, 336; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CXXVII ann. 20, p. 6 ann. 5).

²⁴ Cf. N. 5.

²⁵ Palatium de Pittis, saeculo XV exstructum (opus Philippi Brunelleschi) et saeculis XVI–XVII ampliatum.

²⁶ Pratolinum (Pratolino), locus.

pransus est expensis Ser^{mi} magni ducis, et postea ivit ad Scarpariam²⁷, in quo loco cenavit et pernoctavit expensis Ser^{mi} magni ducis, uti hodie mane et heri.

Feria 2, die 2 martii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audita Missa lecta discessit ab^a oppido Scarpariae, in lectica vectus, et ivit ad Scarcalasinum²⁸, in quo loco pernoctavit, et fecimus ientaculum in oppido Florenzolae²⁹.

Feria 3, die 3 martii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus [audita^b] Missa in ecclesia monasterii monacorum Montis Oliveti³⁰ in Scarcasino, in quo monasterio hospitatus fuit et diversatus, ascendit lecticam et facto ientaculo in Pianoro³¹ ivit Bononiam, in quam civitatem ingressus est circa horam 24³² in lectica vectus. Et in itinere obviatus fuit a multis viris nobilibus Bononiensibus per duo millaria extra civitatem cum multis curribus; et etiam obviatus fuit a d^{no} vicelegato Bononiae³³ et a R^{mo} D^{no} coadiutor³⁴ archiepiscopi Bononiensis³⁵ per quartum miliaris, cum quibus factis debitis caeremoniis sequutus est suum iter; et hospitatus fuit in domo d^{norum} de Fachinettis cum omnibus suis familiaribus expensis Ill^{mi} Dⁿⁱ Caesaris Fachinetti³⁶, nepotis felicis recordationis Innocentii papae IX; et lautissime Ill^{mus} D^{nus} legatus cum omnibus suis familiaribus tractatus et honoratus fuit.

Feria 4, die 4 martii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus permansit Bononiae in domo d^{norum} de Fachinettis expensis Ill^{mi} Dⁿⁱ Caesaris Fachinetti cum omnibus de sua familia, et lautissime tam Ill^{mus} D^{nus} legatus quam alii omnes tractati fuerunt et verbis et factis.

Feria 5, die 5 martii 1592. Post prandium Ill^{mus} D^{nus} legatus discessit in lectica vectus Bononia et ivit ad oppidum Centi³⁷ sub ditione Ser^{mi} ducis Ferriae³⁸.

²⁷ Scarperia, oppidum.

²⁸ Scarcalasinum (Scarcasino), locus.

²⁹ Florentiola (Firenzuola), oppidum.

³⁰ Olivetani, congregatio Benedictina a. 1313 condita.

³¹ Pianorium (Pianoro), oppidum.

³² Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 18.

³³ Ferdinandus (Ferrante) Farnese, 2 XII 1542 – 27 VIII 1606, utriusque Signaturae referendarius, epus Montis Falisci a 27 VIII 1572, epus Parmensis 30 III 1573 – 1 VIII 1606, vicelegatus Bononiae 30 III 1591 – III 1592, gubernator Marchiae Picenae a 10 I 1594 (Allodi 94–147; Annibali 89–91, 98–99; HC III 249, 270, IV 275; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. CXCIII sqq.; Litta III tav. VIII; Pasquali, Ferrenti 208 sq.; Schiavi I 94, II 241).

³⁴ Alfonsus Paleotti, ob. 18 X 1610, i.u.d., epus coadiutor aepi Bononiensis et aepus titularis Corinthiensis a 13 II 1591, aepus Bononiensis a 23 VII 1597 (HC III 137, 178, IV 118).

³⁵ Gabriel Paleotti, 1524 – 22 VII 1597, auditor Rotae, cardinalis a 12 III 1565, epus Bononiensis a 30 I 1566, aepus Bononiensis a 10 XII 1582 (HC III 41–42, 137; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. XCI–XCII ann. 15).

³⁶ Caesar Facchinetti, ob. 1606, Antonii Tita Tridentini et Antoniae de domo Facchinetti filius, ab Innocentio IX adoptatus, senator Bononiensis ab a. 1586, generalis S.R.E. capitaneus.

³⁷ Centum (Cento), oppidum.

³⁸ Alfonsus II Estensis.

Feria 6, die 6 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa, in lectica vectus, habitu solito rubeo de lana itineratio ivit ad Finale³⁹, ubi descendit et comedit, et postea per flumen Padus⁴⁰ [ss] cum omnibus suis familiaribus in tribus naviis ivit ad Bondinum⁴¹, ubi pernoctavimus.

Sabato, die 7 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa in Bondino transitivit flumen Padus⁴² [ss] cum omnibus de sua familia, ubi nos expectabant quidam nobiles viri missi a Ser^{mo} D^{no} duce Ferrariae cum octo curribus sive carroziis; et in unam ingressus est III^{mus} D^{nus} legatus, et in aliis omnes sui familiares, et ivit Ferrariam invitatus ab her[ic]i a nobili^d viro misso praecipue a Ser^{mo} D^{no} duce Ferrariae, qui obviam venit III^{mo} D^{no} legato usque ad portam Angelorum dictae civitatis. In quo loco III^{mus} D^{nus} legatus descendit de curru, quia iam Ser^{mus} D^{nus} dux descenderat, et ibidem factis debitis caerimoniiis inter ipsos, simul in eadem carrozia, in qua III^{mus} D^{nus} legatus a Bondino venerat, ascenderunt et ad castrum, sic appellatum palatum ducale⁴³, iverunt; et III^{mus} D^{nus} legatus a Ser^{mo} D^{no} duce associatus fuit usque ad suas cameras, in quibus d^{num} legatum reliquit, et hospitatus fuit simul cum omnibus de sua familia expensis Ser^{mi} Dⁿⁱ ducis Ferrariae lautissime et abundanter.

Post prandium hora 22⁴⁴ Ser^{mus} D^{nus} dux Ferrariae venit ad III^{num} D^{num} legatum, qui erat indutus rochetto et mozetta rubea de lana cum veste subtana eiusdem coloris, et simul in curru iverunt ad ecclesiam Beatae Mariae Virginis, in qua demorant Fratres Congregationis Scopetinorum sub regula S. Augustini, et Ser^{mus} D^{nus} dux ostendit in una cappella eiusdem ecclesiae miraculum unius hostiae consecratae, quae cum sacerdos, qui celebrabat et illam frangeret, nec vere credens, quod in illa hostia consecrata esset Corpus verum Christi, in fractione exivit magna copia Sanguinis, et cappellam a parte superiori circumcirca sanguine aspersit, et adhuc videntur espresse guttae sanguinis, et hoc miraculum fuit ab annis citra 430. Deinde ad palatum redierunt, et III^{mus} D^{nus} legatus simul cum Ser^{mo} D^{no} duce visitavit ducissam Urbini⁴⁵, sororem Ser^{mi} ducis, et Ser^{mam} D^{nam} ducissam Ferrariae⁴⁶, uxorem Ser^{mi} ducis. Postmodum Ser^{mus} dux associavit III^{num} D^{num} legatum usque ad suas cammeras.

Dominica 4 Quadragesimae, die 8 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa lecta in cappella secreta palatii ducalis Ferrariae simul cum Ser^{mo} D^{no}

³⁹ Finalium (*Finale Emilia*); cf. N. 19.

⁴⁰ Card. Georgius Radziwill Finalio Panaro flumine secundo iter fecit, quod flumen ante Ferrariam in Padum influit.

⁴¹ Bondinum (*Bondeno*), oppidum.

⁴² Bondini cardinalis legatus una cum itineris sui comitibus Panarum flumen, non Padum transire potuit.

⁴³ Castellum Estense, saeculi XIV parte posteriore exstructum, saeculo XVI immutatum est.

⁴⁴ Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 16.

⁴⁵ Lucretia de Este, 1535 – 12 II 1598, Francisci Mariae II de Rovere, ducis Urbini ab a. 1574, a 18 I 1570 uxor, ex pacto die 31 VIII 1578 facto a marito separata.

⁴⁶ Eleonora, 1564–1618, Gulielmi de Gonzaga, ducis Mantuae, filia, Alfonsi II ducis uxor ab a. 1579.

duce, a quo associatus fuit, in curru ducti extra portam Angelorum, et ibidem factis debitibus caerimoniis III^{mus} D^{nus} legatus introivit in navigium Ser^{mi} ducis, dictum bucentoro⁴⁷, et ivit per flumen Padus⁴⁸ [ss] cum suis familiaribus intus in aliis navigiis ad locum nuncupatum Loreum⁴⁹ sub dominio Reipublicae Venetiarum, et ibidem pernoctavit intus bucentorum in aqua, et in eodem bucentoro pransus est et cenavit.

Feria 2, die 9 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus summo mane ductus in dicto bucentoro per flumen Padus [ss] iter arripuit Venetias versus. Et in itinere per flumen obviatus fuit III^{mus} D^{nus} legatus a podestate Chiozze⁵⁰ et associatus usque ad parvam insulam⁵¹, in qua est ecclesia et monasterium S. Spiritus, in qua ecclesia Missam lectam audivit; deinde pransus est intus monasterium, in quo demorant religiosi canonici ordinis S. Augustini Congregationis Lateranensis. Et post prandium induitus veste subtana rubea, rochetto et mozetta de lana fuit d^{nus} legatus visitatus a multis senatoribus Reipublicae Venetiarum induitis vestibus rubeis de raso, et ab eisdem senatoribus associatus intus navigium versus Venetias, cum multis navigiis vulgo dictae gondole et aliis navigiis vulgo dictis piatte, quibus usus non fuit, quia III^{mus} D^{nus} legatus ante tempus discessit ab ecclesia S. Spiritus et dicti Dⁿⁱ Clar^{mi} senatores ex improviso adventum III^{mi} Dⁿⁱ legati de certo sciverunt. Fuit hospitatus in monasterio S. Georgii Maioris ordinis S. Benedicti⁵² expensis Reipublicae Venetiarum.

Pro ingressu III^{mi} Dⁿⁱ cardinalis Radzivilii, legati de latere, senatus Venetus misit duos senatores et duos equites, ut illi obviarent d^{no} legato et conducerent, et etiam senatus deputavit, ut obviam illi irent navigia vulgo dictae piattae; sed quia citius quam credebatur III^{mus} D^{nus} legatus Venetias applicuit, ideo non omnes senatores deputati obviam iverunt, et ex duobus equitibus unus tantum fuit, qui fuit Clar^{mus} Sorantius⁵³; et alias deputatus, qui erat Clar^{mus} Baduerus⁵⁴, non fuit, quia infirmus erat et male se habebat in lecto iacens. Et quia totus honor,

⁴⁷ Vide N. 19 ann. 3.

⁴⁸ Novitates die 21 martii Romae perscriptae de hac parte itineris cardinalis legati nuntiaverrunt: S'intende che 'l cardinale Razivil nell'andare giù per il Po verso Venetia habbia perso 17 persone di sua famiglia per essersi rivoltata la barca ove era S.S.III^{ma}, con gran pericolo di sua persona salvatasi a fatica. Quem nuntium falsum fuisse die 28 martii notum factum est: Fu bugia (Dio lodato) che 'l cardinale Razivil patisse burasca con li suoi di annegarsi nel Po, anzi ci è nuova che S.S.III^{ma} seguiva il suo viaggio allegramente per Polonia (BAV Urb. Lat. 1060 f. 171, 191v; Lechniak 17).

⁴⁹ Loreum (Loreo), locus.

⁵⁰ Grimani, Fossae Clodiae praefectus.

⁵¹ S. Spiritus (Santo Spirito).

⁵² Monasterium in insula S. Georgii Maioris (San Giorgio Maggiore) situm, in qua magistratus Reipublicae Venetiae hospites illustres recipere solebant; cf. N. 19 ann. 9.

⁵³ Sine dubio Ioannes Soranzo, 24 IV 1520 – 2 VI 1603, non vero frater eius Iacobus, 1518 – 17 III 1599, qui, postquam exilio multatus est et veniam delicti a. 1586 impetravit, a rebus publicis se amovit et in insula Murano domicilium sibi constituit (Donazzolo 119–120, 152–153).

⁵⁴ Verisimiliter Albertus Badoero, cuius mortem novitates Venetiis die 2 V 1592 datae nuntiaverunt (BAV Urb. Lat. 1060 f. 287).

uti voluerant, non fuit adhibitus, eis multum displicuit, et male sentierunt de Clar^{mo} Grimano, podestate seu praetore Chiozzae, quia non retinuit Ill^{mum} D^{num} legatum Chiozzae, et ita tempus habuissent omnes ad se parandos ad illum recipiendum.

Feria 3, die 10 martii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in cappella privata monasterii S. Georgii, quae est prope suas cammeras, et fuit visitatus a d^{no} nuntio apostolico Venetiarum⁵⁵, qui propter reverentiam Ill^{mi} Dⁿⁱ legati depositus mozettam, et etiam a multis senatoribus Venetis et aliis visitatus fuit.

Feria 4, die 11 martii 1592. Ser^{mus} dux et princeps Venetiarum⁵⁶ indutus habitu ducali cum cornu de mane venit ad monasterium S. Georgii, discedens a palatio ducali S. Marci, suae solitae residentiae, ductus in piattis et associatus a consiliariis⁵⁷, a senatoribus de Precaio⁵⁸ et ab aliis solitis Ser^{mum} principem associare, indutum veste longa cum magnis manicis de raso rubeo et cornu similiter de raso rubeo. Et visitavit primus Ill^{mum} D^{num} legatum, qui indutus [v^c]este subtana rubea de lana, rochetto et mozetta rubea ivit obviam Ser^{mo} duci usque ad primum claustrum de novo fabricatum monasterii; et factis simul debitis caerimoniis ascenderunt superius ad cammeras Ill^{mi} Dⁿⁱ legati, qui semper retinuit manum dexteram et a dextris Ser^{mi} ducis ivit, et Ser^{mus} dux ad sinistram dⁿⁱ legati, quae cammerae sunt sitae in galleria^f monasterii. Et in cammera Ill^{mi} Dⁿⁱ legati, in qua audientiam dedit, fuerunt collocatae duae sedes camerale super solio alto unius palmi, in quarum^f una a dextris sedit Ill^{mus} D^{nus} legatus et in altera a sinistris sedit Ser^{mus} dux Venetiarum; et in eadem camera circumcirca erant aliae sedes in plana terra, in quibus sederunt senatores, videlicet consiliai, senatores de Precaio, sapientes de terra firma⁵⁹ et alii secundum ordinem ipsorum, et ibidem longum spatium temporis steterunt simul loquentes⁶⁰. Deinde surgentes discesserunt, et Ill^{mus} D^{nus} legatus associavit Ser^{mum} ducem a dextris incedens et tenens Ser^{mum} a sinistris extra primum claustrum novum dicti monasterii, quamvis prius Ser^{mus} dux^g rogaverit Ill^{mum} D^{num} legatum, ne antea procede-

⁵⁵ Marcellus Acquaviva (Aquaviva), 1532/1533 – 18 III 1617, utriusque Signaturae referendarius, epus Hydruntinus 25 II 1587 – 20 XI 1606, nuntius Venetiis 8 I 1590 – 22 IV 1592, nuntius in Sabaudia a 13 IX 1592, vicelegatus Bononiae IV–VII 1595 (BAV Urb. Lat. 1060 f. 269, 25 IV 1592; HC III 212, IV 205; Jaitner: *Die Hauptinstruktionen p. CLX–CLXI*).

⁵⁶ Paschalis Cicogna.

⁵⁷ Consilii Minoris (Minor Consiglio) socii, scilicet sex consiliarii ducis Venetiarum a Consilio Maiore (Maggior Consiglio) electi, qui sex urbis partes repraesentabant (Koranyi 82; Szyszkowski 116, 295, 297).

⁵⁸ Vide N. 19 ann. 7.

⁵⁹ Sapientes de terra firma (Savi di terraferma), una e sectionibus Collegii Sapientium (Savi) a senatu electi, quae sectio in terra continentis res ad administrationem pertinentes curabat (Koranyi 82).

⁶⁰ Novitates Venetiis die 14 martii perscriptae nuntiaverunt card. Georgium Radziwill, cum supra commemorata colloquia haberentur, habbia ricercato che si mandi ambasciatore ordinario appresso il suo re; die autem 28 martii notum factum est cardinale legato rogante Petrum Duodo electum esse, qui nuptiis Sigismundi III Vasa et Annae Austriacae adesset (BAV Urb. Lat. 1060 f. 164v, 201; Lechniak 18).

ret. Et discesso Ser^{mo} duce cum sua comitiva senatorum III^{mus} D^{nus} legatus recta via per claustrum ivit ad ecclesiam S. Georgii, in qua audivit Missam lectam in altari maiore; librum Evangeliorum et instrumentum pacis ad osculandum dedit R^{mus} D^{nus} episcopus Torcellensis⁶¹ [s], V[e^c]netus Venetiis demorans. Absoluta Missa ascendit superius ad suas cammeras et hora competenti pransus est cum aliquibus praelatis et nobilibus viris Venetis.

Consiliarii erant induiti vestibus rubeis, senatores de Praecao et aliqui alii, qui officium habent, vestibus violaceis, alii vestibus nigris cum amplis et magnis manicis.

Eadem die post prandium III^{mus} D^{nus} legatus fuit visitatus ab III^{mo} et R^{mo} D^{no} patriarcha Venetiarum⁶², qui depositus mozettam, quam supra mantelletum deferabat. Fuit etiam visitatus ab oratore⁶³ Ser^{mi} ducis Sabaudiae⁶⁴ et deinde a residente⁶⁵ pro rege Hispaniarum⁶⁶, ab episcopo Patavino⁶⁷ et aliis clarissimis Venetis.

Feria 5, die 12 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam, in qua librum Evangeliorum et instrumentum pacis osculandum dedit R^{mus} D^{nus} episcopus Patavinus. Post prandium visitatus fuit ab oratore⁶⁸ Ser^{mi} ducis Mantuae⁶⁹ hic Venetiis residente. Deinde d^{nus} legatus privatim cum veste camerale indutus ivit spatiatum per civitatem ductus in gondola seu phaselo.

A feria 6 diei 13 mensis martii 1592 usque ad feriam 3 diei 17 martii III^{mus} D^{nus} legatus in lecto cubavit dolore podagrae detentus, qui illum valde vexavit.

Feria 4, die 18 martii 1592. De mane hora 15⁷⁰ III^{mus} D^{nus} legatus indutus veste subtana rubea de lana, rochetto et mozetta, praecedente cruce a monasterio S. Georgii Maioris ductus in navigio cooperito dicto piatta, associatus a 20 senatoribus Reipublicae Venetiarum indutis vestibus longis cum amplis et magnis manicis, pellibus suffultis, de raso rubeo et damasceno rubeo, et sequutus a duabus similibus navigiis piattis nuncupatis^h, in quibus senatores cum aliis vene-

⁶¹ Antonius Grimani, ob. 26 I 1628, epus Torcellanus a 26 X 1587, a 22 V 1618 coadiutor et a m. decembri a. 1622 patriarcha Aquileiensis (HC III 315, IV 90).

⁶² Laurentius Priuli, ob. 26 I 1600, patriarcha Venetiarum a 7 I 1591, cardinalis a 5 VI 1596 (HC III 329, IV 4, 362).

⁶³ Prob. comes de Motta, orator Sabaudus Venetiis residens (BAV Urb. Lat. 1060, f. 443, 18 VII 1592).

⁶⁴ Carolus Emmanuel I.

⁶⁵ Franciscus de Vera y Aragon, orator Hispanorum Venetiis residens (BAV Urb. Lat. 1060 f. 373v, 476v, 13 VI, 1 VIII 1592; Cozzi 516 sqq.; Paruta 12).

⁶⁶ Philippus II de Habsburg.

⁶⁷ Aloisius Cornaro (Cornelius), ob. 31 X 1594, i.u.d., a 20 II 1589 coadiutor et a 4 X 1590 epus Patavinus; epus Paphiensis a 30 VI 1589 (in partibus infidelium), cum indulto habendi sedem in ecclesia Patavina (HC III 267, 269).

⁶⁸ Aurelius Pomponazzi, orator Mantuanus usque ad a. 1595 Venetiis residens (Luzio 40 ann. 3, 233; Quazza 142, 144; Torelli p. LXXVIII ann. 5; Volta 155).

⁶⁹ Vincentius I de Gonzaga, 1562-1612, dux Mantuae ab a. 1587.

⁷⁰ Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 9.

runt ad monasterium S. Georgii ad III^{mus} D^{nus} legatum associandum, qui ivit ad visitandum et reddendam visitationem Ser^{mo} principi et duci Venetiarum, qui obviam venit III^{mo} D^{no} legato in fine scalarum superiorum palatii S. Marci, et factis debitis caerimonias simul superius ascenderunt, stans a dextris III^{mus} D^{nus} legatus; et in aula Consilii Secreti⁷¹ sederunt, videlicet III^{mus} D^{nus} legatus a dextris et Ser^{mus} princeps a sinistris, cum quibus sederunt in locis suis senatores Consilii Secreti soliti, caeteris omnibus exeuntibus, et ibidem per longum spatium temporis steterunt negotiantes, quae erant tractanda, et in eadem aula in loco deputato fuit relicta crux III^{mi} Dⁿⁱ legati. Absoluto sermone III^{mus} D^{nus} legatus abiit, et fuit associatus a Ser^{mo} principe in discedendo in capite scalarum, ubi sunt duo gigantes marmorei⁷², deinde a senatoribus, qui d^{num} legatum associa- runt et conduxerunt, fuit associatus d^{nus} legatus, in piattis ductus, ad monasterium S. Georgii Maioris, suae habitationis, usque ad suas cammeras, et illis abeuntibus III^{mus} D^{nus} legatus illos honoravit et associavit extra suas cammeras, et remansit cum aliquibus praelatis Venetis, qui d^{num} legatum associa- runt a dextris senatoribus incidentes. Demum III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in cappella privata monasterii, in qua Missa librum Evangeliorum et instrumentum pacis osculanda tulit et dedit R^{mus} D^{nus} episcopus Torcelli.

Eadem die post prandium III^{mus} D^{nus} legatus discessit a monasterio S. Georgii Maioris, in quo his diebus elapsis stetit cum omnibus suis familiaribus expensis Ser^{mæ} Reipublicae Venetiarum, et ivit domum Clar^{mi} Dⁿⁱ Caroli Ruzini, sui amici⁷³, in qua incognite stetit et fuit hospitatus cum aliquibus paucis suis familiari- bus, inter quos ego fui.

Feria 5, die 19 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Mariae Gratiarum extra civitatem, quae ecclesia est in insula⁷⁴, in qua Fratres ordinis Carmelitani manent, et ivit incognite ductus in gondola.

Feria 6, die 20 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus incognitus in gondola ductus ivit ad ecclesiam S. Christophori, ubi manent Fratres Augustiniani, quae ecclesia est extra civitatem in insula⁷⁵, in qua dixit Missam lectam.

Sabato, die 21 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia supradicta S. Christophori, deinde rediit domum dⁿⁱ Caroli Ruzini et pransus

⁷¹ *Aula Consilii Secreti (Sala del Collegio), in tertia contignatione palatii ducum Venetiarum sita, ubi legati diplomatorii civitatum exterarum recipiebantur.*

⁷² *Sermo est de Martis et Neptuni status, quas fecit Iacobus Tatti dictus Sansovino (1486–1570), architectus et sculptor, qui Venetiis degit.*

⁷³ *Iam die 14 martii rumores afferebantur, tamquam card. Radziwill habbia dato una badia in Polonia di 3 mila scudi al Clar^{mo} sig. Carlo Ruzzini, gentilhuomo venetiano, suo amicissimo (BAV Urb. Lat. 1060 f. 164v).*

⁷⁴ *S. Maria Gratiarum, parva insula Santa Maria della Grazia seu della Cavana vulgo dicta, non procul a S. Georgio Maiore sita.*

⁷⁵ *S. Christophorus de Pace (San Cristoforo della Pace), parva insula non procul a pariter parva insula S. Michaelis (San Michele) sita. Saeculo XIX fossa, qua insulae illae separabantur, terra obruta est, ut campus coemeterio instituendo aptus fieret.*

est. Post prandium III^{mus} D^{nus} legatus in gondola ductus discessit Venetiis⁷⁶ et pervenit usque ad locum dictum Megeram⁷⁷, associatus ab aliquibus prelatis Venetis et aliis, deinde ascendit in lecticam et cruce praecedente, sequentibus et praeeuntibus suis familiaribus et d^{no} Carolo Ruzino, qui cum d^{no} legato voluit venire in Poloniam, ivit Tarvisum⁷⁸. Et antequam ad civitatem Tarvisinam perveniret, in itinere obviam ei venit R^{mus} D^{nus} episcopus Tarvisinus de familia Corneliorum⁷⁹ absque mozetta cum mantelletto, in curru seu carozia ductus, associatus a multis nobilibus viris Tarvisinis in caroziis ductis; et invitatus a R^{mo} D^{no} episcopo hospitatus est in palatio episcopali cum omnibus de sua familia expensis R^{mi} Dⁿⁱ episcopi, ubi etiam pernoctatum fuit, et lautissime nos tractavit et libenter vidit.

Dominica 6 Quadragesimae, quae Palmarum dicitur, die 22 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in cappella privata palatii episcopalis et hora competenti pransus est, et similiter omnes de sua familia expensis R^{mi} Dⁿⁱ episcopi Tarvisini, qui est de nobilissima et antiquissima familia Corneliorum. Post prandium fuit III^{mus} D^{nus} legatus a R^{mo} D^{no} episcopo Tarvisino et praetore civitatis⁸⁰ ac aliis nobilibus viris Tarvisinis cum caroziis associatus extra civitatem per duo milliaria in suo discessu, deinde in lectica vectus cruce praecedente ivit ad Coniglianum⁸¹, in quo pernoctavimus.

Feria 2, die 23 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa, in lectica vectus, praecedente cruce discessit a Conigliano et ivit ad Saccilum⁸², quo pervenit hora prandii, et ibidem permansit tota die et pernoctavit in nobili palatio et hospitio familie Ragazonorum.

Feria 3, die 24 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa discessit a Saccilo in lectica vectus cruce praecedente, et ivit ad S. Vitum⁸³, et hospitatus est in domo dⁿⁱ Martii Malacredae, sui secretarii, expensis eiusdem cum tota sua familia, et ibidem pernoctatum fuit. In itinere fuit obviatus ab aliquibus viris S. Viti equitantibus, et in ingressu loci fuerunt pulsatae campanae et exoneratae aliæ bombardæ alias mortalia appellata.

⁷⁶ *Venetiis proficiscens card. Georgius Radziwill in hac urbe reliquit unum comitum suorum, de quo in novitatibus ibidem die 18 aprilis datis scriptum est:* A un servidor del cardinal Razivil restato qua per affari del padrone in casa d'una meritrica è stato levato alcuni denari et dato di buone ferite (BAV Urb. Lat. 1060 f. 251v).

⁷⁷ *Marghera, tum portus Venetus in terra continenti situs.*

⁷⁸ *Tarvisium (Treviso), civitas.*

⁷⁹ *Franciscus Cornaro (Cornelius), ob. 15 IV 1598, epus Tarvisinus a 29 XI 1577, a. 1595 huic episcopatu renuntiavit, cardinalis a 5 VI 1596 (HC III 309, IV 4; Jaitner: Die Hauptinstruktionen p. LXIV ann. 25).*

⁸⁰ *Leonardus Mocenigo, a. 1592 Tarvisii praefectus (podestà di Treviso), qui die 23 III 1593 in senatu Veneto relationem suam recitavit (Podesteria p. LIV, 91–93).*

⁸¹ *Conelianum (Conegliano), oppidum.*

⁸² *Sacilum (Sacile), oppidum.*

⁸³ *S. Vitus (San Vito al Tagliamento), oppidulum.*

Feria 4 Maioris Hebdomadae Sanctae, die 25 martii 1592. In die festo Annuntiationis Beatae Mariae Virginis III^{mus} D^{nus} legatus induitus veste subtana rubea de lana, rochetto et mozetta, cruce praecedente, a domo Malacredorum, ubi hospitatus fuit in S. Vito, ivit ad ecclesiam principalem dicti loci S. Viti, in qua Missam lectam^g audivit, qua audita rediit domum et pransus est, et similiter omnes sui familiares expensis dⁿⁱ Martii Malacredae, sui secretarii. Post prandium induitus III^{mus} D^{nus} legatus habitu solito itineris, in lectica vectus cruce praecedente, discedens a S. Vito ivit ad Spilinbergum⁸⁴ et ibidem pernoctavit ac coenavit.

Feria 5, in Coena Domini, die 26 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus habitu rubeo de lana itineris audivit Missam lectam in ecclesia principali sub invocatione Beatae Mariae oppidi Spilimbergi, in qua Missa fuit communicatus de Corpore Christi per manus celebrantis. Et Missa audita ascendit in lecticam et cruce praecedente ivit ad Venzonum⁸⁵, in quo loco coenavit et pernoctavit.

Feria 6, in Parasceve Hebdomadae Sanctae, die 27 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus induitus habitu itineratio violaceo de lana, in lectica vectus, discedens a Venzono ivit ad Malburghettum⁸⁶ cum aliquibus ex suis familiaribus; reliqui vero, qui erant in carozzi seu curribus, remanserunt in Ponteba⁸⁷, in quo loco etiam ego remansi cum d^{no} secretario, et habuimus pessimum iter proⁱ carozzi seu curribus. In hoc loco Pontebae, quae est chiusura, transacto quodam ponte statim introit in provincia[m] Carinthiae sub dominio Ser^{morum} D^{norum} archiducum Austriae.

Sabato Sancto, die 28 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus sine cruce praecedente, quia per loca haereticorum transiebat, in lectica vectus, discedens a Malburghetto ivit ad Villaccum⁸⁸, et nos, qui in curribus ducti sumus, remansimus ad Herlestarnum⁸⁹ et summo mane ante diem Paschatis Resurrectionis ivimus ad Villaccum, in quo oppido sunt omnes haeretici.

Dominica Paschae Resurrectionis, die 29 martii 1592. Remansit in oppido Villacchi, quod est oppidum Lutheranum, sed nihilominus est in dicto oppido una parva ecclesia catholica, in qua manet unus frater tantum ordinis S. Francisci Conventualium⁹⁰, qui asseruit in Villaccho non esse aliquem hominem catholicum. De mane vero eodem die Paschatis III^{mus} D^{nus} legatus, induitus veste subtana rubea de serico, rochetto et mozetta, ivit ad dictam ecclesiam catholicam et ibidem dixit Missam lectam, et in Missa communicavit de Corpore Christi

⁸⁴ Spilimbergum (*Spilimbergo*), oppidum.

⁸⁵ Ventionum (*Venzone*), pagus.

⁸⁶ Malborghettum (*Malborghetto-Valbruna*), pagus.

⁸⁷ Ponteba, oppidulum.

⁸⁸ Villacum (*Villach*), oppidum.

⁸⁹ Arnoldstein, pagus.

⁹⁰ In monasterio Villacensi, quod olim ad Franciscanos Conventuales pertinebat quodque iam saeculo XIII medio in fontibus commemoratum est, cardinalis legatus convenit fortasse eundem religiosum, quem mense septembri a. 1580 Germanicus Malaspina nuntius Graecum petens inventit: al presente vi sta solamente un frate Ferrarese, il quale va senz'habito regolare et non fa frutto alcuno, Rainer: *Nuntiaturberichte 1 n. 6 p. 20*.

omnes nos suos familiares. Deinde absoluta Missa redivit ad hospitium et pransus est cum omnibus, qui sunt de sua mensa, inter quos sum ego.

Feria 2 Paschatis Resurrectionis, die 30 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audit Missam lectam in eadem ecclesia catholica Villacchi, et Missa audita redivit ad hospitium et pransi sumus. Post prandium, in lectica vectus sine cruce, eo quia transeundum est per loca haereticorum, ivit ad villam nuncupatam Feldkirchen⁹¹, quae distat a Villaccho per spatium trium leucarum, et ibidem coenavit et pernoctavimus. Inter Villacchum et dictam villam est unus lacus⁹², et apud lacum in fine seu radice montis est unum monasterium⁹³, in quo sepultus est rex Boleslaus [s] Poloniae⁹⁴, qui occidit S. Stanislaum, episcopum Chacoviae⁹⁵ [s]; qui post penetratum homicidium et martyrizatum S. Stanislaum discessit a Regno Poloniae et ivit ad dictum monasterium, in quo servivit in servitio coquinae pro sua poenitentia per spatium 18 annorum, et in obitu suo manifestavit se esse regem Poloniae, interfectorum S. Stanislai, episcopi Cracoviensis, monachis^k praedicti monasterii, et iam sunt anni 500, quod ibi sepultus est⁹⁶.

Feria 3 Paschatis Resurrectionis, die 31 martii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus discessit a villa dicta Feldkirchen et in lectica vectus ivit ad prandum ad oppidum dictum Sanfayt, Latine ad S. Vitum⁹⁷; et post prandum ivit ad oppidum dictum Frisachum⁹⁸, in quo hospitatus fuit, cenavit et pernoctavimus.

Feria 4 Paschatis Resurrectionis, die prima aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audit Missa in oppido Frisachi^l, quod est III^{mi} et R^{mi} Dⁿⁱ archiepiscopi Salzburgensis⁹⁹, in lectica vectus ivit ad prandum ad oppidum nuncupatum Neimarch¹⁰⁰. Deinde post prandum ivit ad oppidum nuncupatum Onsmarch¹⁰¹, in quo hospitatus fuit, et cenavimus et pernoctavimus.

Feria 5 Paschae Resurrectionis, die 2 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus in lectica vectus discessit ab Onsmarch et ivit ad prandum ad Judemburgum¹⁰², et

⁹¹ *Feldkirchen (Feldkirchen in Kärnten), villa.*

⁹² *Lacus Ossiacensis (Ossiacher See).*

⁹³ *Abbatia Benedictinorum Ossiaci (Ossiach) condita.*

⁹⁴ *Boleslaus II Audax, ca 1042-1081, dux Poloniae ab a. 1058, diadematè regio a. 1076 ornatus; post Stanislaum, epum Cracoviensem, occisum (11 IV 1079) Poloniam relinquere et in Hungariam confugere coactus est.*

⁹⁵ *S. Stanislaus, epus Cracoviensis.*

⁹⁶ *Quae de Boleslai regis expiatione et morte, quam in monasterio Ossiaciensi obiit, conficta sunt, demum saeculi XVI parte posteriore latius divulgata sunt, cum Valentinus Kuczbarski, Stanislai Hosii secretarius, declaravisset sepulcrum Boleslai ibi repertum esse (Banaszkiwicz 378 sqq.; Rokosz: Bolesław Śmiały 19 sqq.).*

⁹⁷ *S. Vitus (Sankt Veit an der Glan), oppidum.*

⁹⁸ *Frisacum (Friesach), oppidum.*

⁹⁹ *Lupus Theodoricus de Raitenau, 1559 – 16 I 1617, aepus Salzburgensis a 20 IV 1587, archiepiscopatum dimisit die 7 III 1612 (HC III 291; Jaitner: Die Hauptinstruktionen 22 ann. 2).*

¹⁰⁰ *Neumarkt in Styria (Neumarkt in Steiermark), oppidum.*

¹⁰¹ *Unzmarkt, oppidum.*

¹⁰² *Judenburg, oppidum.*

post prandium similiter in lectica vectus ivit ad oppidum nuncupatum Chinikinfelt¹⁰³, in quo coenavit et pernoctavit.

Feria 6 Paschae Resurrectionis, die 3 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa lecta in oppido Chinikinfelt in provincia Stiriae in lectica vectus ivit ad prandium ad oppidum nuncupatum S. Michael¹⁰⁴, et post prandium similiter in lectica vectus ivit ad Bruch¹⁰⁵, ubi coenavit et pernoctavit.

Sabato in Albis, die 4 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus remansit in oppido Bruch.

Dominica in Albis, die 5 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa lecta pransus est, deinde discessit ab oppido Bruch et per flumen Mura¹⁰⁶ in navigio ductus ivit ad Gretium, ubi resedit archiducissa Maria, uxor felicis memoriae archiducis Caroli Austriaci, cum filiis et filiabus¹⁰⁷, inter quas est illa, quae erit regina Poloniae. Et in loco, in quo de navigio exivit, per duo milliaria distante a Gretio, invenit multos nobiles viros, qui d^{no} legato obviam venerunt de mandato Ser^{mæ} archiducissae Mariae matris, inter quos erat R^{mus} D^{nus} episcopus Lubianae, locumtenens S. Cel^{nis}¹⁰⁸, cum novem carozii seu curribus et multis equis. III^{mus} D^{nus} legatus introivit in caroziam cum R^{mo} D^{no} episcopo Lubianae, et nos in aliis, et ingressus est in civitatem, et descendit ad palatium archiducale¹⁰⁹ et ascendit superius; quem in aula magna expectabat Ser^{ma} archiducissa cum sponsa regis Poloniae, eius filia¹¹⁰, et aliis duabus eius filiabus et uno filio, puerō; et factis debitis caerimonias inter ipsos III^{mus} D^{nus} legatus ascendit superius ad suas cammeras, et similiter Ser^{ma} archiducissa cum filiis ad suas, et III^{mus} D^{nus} legatus fuit hospitatus cum omnibus de sua familia in dicto palatio

¹⁰³ Knittelfeld, oppidum.

¹⁰⁴ S. Michael (Sankt Michael in Obersteiermark), oppidum.

¹⁰⁵ Pons ad Muram (Bruck an der Mur), oppidum.

¹⁰⁶ Mura (Mur), fluvius.

¹⁰⁷ Vivebant tum Caroli et Mariae archiducum filii et filiae hae: Anna (cf. N. I ann. 3); Maria Christina, 10 XI 1574 – 6 IV 1621, Sigismundi Báthory, principis Transilvaniae, uxor a 6 VIII 1595 ad a. 1599; Catharina Renata, 4 I 1576 – 29 VI 1595; Ferdinandus, tum in Bavaria commorans (cf. N. 4 ann. 19 et N. 28 p. 63–64); Georgia Maximiliana, 22 III 1581 – 20 IX 1597; Eleonora, 25 IX 1582 – 28 I 1620; Maximilianus Ernestus, 17 XI 1583 – 18 II 1616, ordinis Equitum Theutonicorum in Austria commendator; Margarita, 25 XII 1584 – 3 X 1611, Philippi III de Habsburg, regis Hispaniae, uxor a 18 IV 1599; Leopoldus, 9 X 1586 – 13 IX 1632, in coadiutorem Passaviensem die 14 XI 1597 et die 10 IX 1598 in coadiutorem Argentoratensem postulatus, administrator ecclesiae Passaviensis annis 1604–1625 simulque administrator ecclesiae Argentoratensis annis 1607–1625, comes Tirolis ab a. 1625; Constantia, 24 XII 1588 – 10 VII 1631, Sigismundi III Vasa uxor a 11 XII 1605; Maria Magdalena, 7 X 1589 – 1 XI 1631, Cosmae II de Medicis, magni ducis Etruriae, uxor a 19 X 1608; Carolus, 7 VIII 1590 – 28 XII 1624, epus Vratislaviensis a m. septembri a. 1608 simulque epus Brixinensis a 2 VI 1614, magnus ordinis Equitum Theutonicorum magister ab a. 1619.

¹⁰⁸ Ioannes Tautscher (Tavčar), ob. 24 VIII 1597, epus Labacensis a 20 V 1580, Austriae Interioris locumtenens annis 1585–1596 (HC III 217; Thiel 205).

¹⁰⁹ Palatium archiducale, Burg vulgo appellatum, annis 1438–1452 constructum et annis 1494–1500 amplificatum.

¹¹⁰ Anna archiducissa.

expensis Ser^{mæ} archiducissae lautissime. In ingressu adfuerunt etiam milites de custodia Ser^{mæ} archiducissae associates.

Feria 2, die 6 aprilis 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam cantatam privatim, stans in loco secreto superiori simul cum Ser^{mæ} archiducissa matre, filio et duabus filiabus; deinde pransus est cum Ser^{mæ} archiducissa et filio, et filiabus in cammeris Ser^{mæ} archiducissae.

Feria 3, die 7 aprilis 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit, ut heri mane, simul cum Ser^{mæ} archiducissa et archiducissa Anna filia, futura uxore et regina Poloniae, Missam cantatam, stans in loco secreto supra in ecclesia contigua palatii archiducalis¹¹¹, et pransus est cum Ser^{mæ} archiducissa matre.

Feria 4, die 8 aprilis 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam, ut heri mane, simul cum Ser^{mæ} archiducissa matre, et deinde pransus est in suis cammeris. Post prandium visitavit Ser^{mam} archiducissam et futuram reginam in habitu.

Feria 5, die 9 aprilis 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus a suis cammeris cruce praecedente, indutus rochetto et mozetta, ivit ad cappellam privatam Ser^{mæ} archiducissae¹¹², in qua dixit Missam lectam votivam de Beata Maria Virgine, et concessit de speciali mandato S. Dⁿⁱ N. Dⁿⁱ Clementis papae Octavi indulgentiam plenariam omnibus ibidem praesentibus et aliis dictam cappellam visitantibus in hodierno die¹¹³. Archiducissa mater, filii et filiae osculati sunt librum Evangeliorum et instrumentum pacis. Hora vero competenti Ill^{mus} D^{nus} legatus pransus est cum Ser^{mæ} archiducissa matre, cum Ser^{mæ} archiducissa Anna filia, futura regina Poloniae, ac aliis filiis masculis et faemini.

Feria 6, die 10 aprilis 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus dixit Missam lectam de mortuis pro anima felicis memoriae Ser^{mi} Caroli, archiducis Austriae, in una cappella privata palatii archiducalis, et interim etiam cantabatur alia Missa mortuorum pro anima eiusdem archiducis in eadem cappella; et adfuit in loco superiori dictae cappellae Ser^{mæ} archiducissa, uxor felicis memoriae archiducis Caroli, cum filiis masculis et feminis. Post prandium hora 3 post meridiem Ill^{mus} D^{nus} legatus, indutus veste camerale cum mantello rubeo et galero rosaceo de serico armesino, in curru ivit ad quamdam ecclesiam sub invocatione Beatae Mariae, distantem a Gretio per unam parvam leucam¹¹⁴, devotionis causa.

Sabato, die 11 aprilis 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus indutus rochetto et mozetta rubea, praecedente cruce, ivit pedestre processionaliter a cappella privata palatii archiducalis, simul cum Ser^{mæ} archiducissa matre, tribus filiabus et filio, ad ecclesiam Beatae Mariae Virginis, quae est ecclesia comendataria ordinis Equitum

¹¹¹ Ecclesia sub invocatione S. Aegidii annis 1438–1462 constructa et a Carolo II archiduce Iesuitis tradita (ab a. 1786 ecclesia cathedralis), in cuius presbyterio fuit porticus pro oratorio adhibita, quae mesaculo peculiari cum palatio archiducali coniuncta fuit.

¹¹² Sermo est de capella aulica, quam Maria archiducissa magna cum arte constitui iussit in proiectura gothica in tertia contignatione palatii (Kohlbach: Die barocken Kirchen 221).

¹¹³ Vide N. 16 p. 43 (n. 32).

¹¹⁴ Procul dubio agitur de ecclesia loco Strassgang dicto sita, qui locus 6 km in meridiem a Graecio afit, nunc autem intra hanc civitatem est. In altari magno statua Deiparae miraculosa est, anno 1519 sculpta, ad quam inde a saeculis peregrinatores veniunt.

Theutonicorum¹¹⁵, in qua audivit Missam lectam mortuorum et deinde Missam cantatam de Beata Maria Virgine. In processione fuerunt cantatae litaniae Beatae Mariae Virginis a cantoribus, et similiter in redeundo. Tres presbyteri parati iverunt immediate post crucem Ill^{mi} Dⁿⁱ legati. In Missa cantata Ill^{mus} D^{nus} legatus osculatus est librum Evangeliorum et instrumentum pacis, et tulit R^{mus} D^{nus} episcopus Lubiana; et in fine Missae concessit centum dies de indulgentia in forma. In cappella privata palatii in redeundo sacerdos, qui cantavit Missam, cantavit indutus pluviali orationem de Beata Maria Virgine post cantatam „Salve Regina” etc. Deinde Ill^{mus} D^{nus} legatus rediit superius ad suas cammeras factis prius debitis caerimonias cum Ser^{ma} archiducissa et filia eius, futura regina Poloniae, et aliis duabus filiabus, et hora competenti pransus est.

Dominica, die 12 aprilis 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus dixit Missam lectam in ecclesia, quae est contigua palatii archiducalis; deinde simul cum Ser^{ma} archiducissa et tribus filiabus adfuit Missae cantatae, stans in loco remoto in medio ecclesiae superius, et hora competenti pransus est cum Ser^{ma} archiducissa et filiis masculis et feminis.

Feria 2, die 13 aprilis 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus de mane in lectica vectus simul cum Ser^{mo} archiduce Massimiliano puero¹¹⁶, secundo genito masculo Ser^{mac} archiducissae, associatus ab aliquibus nobilibus viris equitantibus et a duabus caroziis, ivit ad abbadiam seu monasterium Runense ordinis Cirstensiensis¹¹⁷ [s] et ibidem expensis R^{mi} Dⁿⁱ abbatis¹¹⁸ pransus est cum tota comitiva. Et in medio itineris in una parva ecclesia supra unum montem posita, quae nostra lingua vocatur Via Angelorum¹¹⁹, dixit Missam lectam de Cruce, eo quia in eadem ecclesia est unus crucifixus de radice a natura factus^m, qui circiter annos 300 et 40 sub terra inventus fuit. Post prandium hora 3 rediit ad Gretium, id est Gratz.

Feria 3, die 14 aprilis 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam, et hora competenti pransus est cum suis comensalibus, quorum unus sum ego semper comensalis.

Feria 4, die 15 aprilis 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus dixit Missam lectam in ecclesia contigua palatio, deinde hora 10 ivit ad prandium in collegio Iesuitarumⁿ¹²⁰,

¹¹⁵ Ecclesia Leechkirche dicta, a. 1233 ordini Equitum Theutonicorum tradita, saeculo XIII medio deleta et annis 1275–1293 refecta. Tympanum portalis ornatum est caelatura saeculo XIII exente confecta, in qua Deipara et Infans Iesu expressus est (Kohlbach: Die gotischen Kirchen 57 sqq.).

¹¹⁶ Maximilianus Ernestus archidux.

¹¹⁷ Abbatia Cisterciensium Runae (Rein, Reun), ad septentrionem occidentemque a Graecio sita, a. 1129 fundata (LThK VIII col. 1266 sq.).

¹¹⁸ Georgius Freiseisen, ob. 15 VIII 1605, ex Carniola proveniens, abbas Runensis a 20 IV 1577, Caroli II archiducis consiliarius, vicelocumtenens et camerae Austriae Interioris annis 1598–1602 praeses (Thiel 208; Weis 16).

¹¹⁹ Via Angelorum, mons Straßengel vulgo dictus.

¹²⁰ Documentum erectionis collegii Graecensis die 12 XI 1573 est editum (Duhr 163 sqq.).

quod est prope dictam ecclesiam, in qua sacerdotes Societatis Iesu celebrant, et pransus est cum sacerdotibus Societatis Iesu primoribus.

Feria 5, die 16 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus in loco secreto in ecclesia accommodato pro Ser^{mis} principibus audivit Missam cantatam de Sanctissimo Sacramento, indutus rochetto et mozetta, et hora competenti pransus est. Post prandium visitavit Ser^{mam} archiducissam matrem aegrotantem.

Feria 6, die 17 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus incepit laborare podagra et in lecto iacere.

Sabato, die 18 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus non surrexit de lecto pro dolore podagrae.

Dominica, die 19 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus surrexit de lecto, et claudicans descendit ad locum privatum in ecclesia et audivit Missam cantatam, et hora competenti pransus est. Post prandium ivit ad visitandam Ser^{mam} archiducissam aegrotantem et in lecto iacentem.

Feria 2, die 20 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in habitu rubeo itineris, et post Missam visitavit Ser^{mam} archiducissam Mariam matrem et filias ac filios Ser^{mos} ibidem stantes, et deinde pransus est. Post prandium hora 2 post meridiem in lectica vectus ivit ad oppidum dictum Fraunteiten¹²¹, in quo expensis Ser^{mae} archiducissae cenavit ac pernoctavit simul cum suis familiaribus.

Feria 3, die 21 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa in lectica vectus ivit ad Bruch, quo pervenit hora 12, et pransus est, et ibidem pernoctavimus. In itinere pluvia nos associavit.

Feria 4, die 22 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa lecta discessit ab oppido Bruch in lectica vectus, et pransus est in loco nuncupato Kimberch¹²², et postea in lectica vectus ivit ad oppidum dictum Mierzuesolog¹²³, in quo cenavimus et pernoctavimus; et istud oppidum distat a Bruch per spatium sex leucarum. In itinere habuimus pluviam.

Feria 5, die 23 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus equester discessit ab oppido Mierzuesolog et audivit Missam in quadam ecclesia Beatae Mariae Virginis, quae in itinere in una parva villa¹²⁴ est; qua audita ivit ad oppidum Sottovien¹²⁵ in provincia Austriae, quo pervenit hora 10, et ibidem per totam diem permansit, et cenavimus et pernoctavimus. Iter fuit fastidiosum et saxosum, quia semper per montem asperum equitatum fuit et caroziae tardius pervenerunt; et locus iste est chiusa sive clausura montium Carinthiae et Stiriae provinciarum.

Feria 6, die 24 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam et pransus est in loco supradicto Sottovien, et post prandium in lectica vectus ivit

¹²¹ *Frohnleiten, oppidum ad Muram flumen septentrionem versus a Graecio situm.*

¹²² *Kindberg, pagus.*

¹²³ *Mürzzuschlag, oppidum.*

¹²⁴ *Villa Maria Schutz am Semmering vocata. Cum conarer dijudicare, quod nomen huius loci fuisset et aedifica quaedam intra Vindobonam quibus locis sita fuissent, a Valthero Leitsch, professore doctissimo, adiutus sum, cui ex imo corde gratias ago maximas.*

¹²⁵ *Schottwien, oppidulum.*

ad Naistot¹²⁶, quod oppidum distat a loco, quo discessit, per quatuor leucas.

Sabato, die 25 aprilis 1592. In die festo S. Marci III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa discessit a Naistot in curru ductus et ivit ad prandium ad Draskerken¹²⁷, et post prandium similiter in curru ductus ivit Viennam. Et in itinere obviam illi venit per medium leucam extra civitatem Ser^{mus} D^{nus} archidux Ernestus ab Austria, frater et locumtenens Caes. M^{us}, equitans, associatus a multis nobilibus viris et suis familiaribus equitantibus; qui cum primum fuit vicinus III^{mo} D^{no} legato, descendit de equo et III^{mus} D^{nus} legatus de curru, et ad invicem se adaerentes fecerunt debitas et solitas caerimonias et reverentias. Demum in uno curru Ser^{mi} Dⁿⁱ archiducis Ernesti, qui currus sequebatur equitantes data opera pro isto effectu, et d^{nus} legatus ignorabat hanc occurrasione Ser^{mi} archiducis et non erat in habitu, ut potuisset Viennam ingredi cum aliqua solemnitate, ambo simul in curru ducti ingressi sunt, praecedentes nobiles viri equitantes et post currum, in quo erant III^{mus} D^{nus} legatus et Ser^{mus} archidux, sequebantur alii currus, et hora 5 post meridiem ingressi sunt Viennam; et III^{mus} D^{nus} legatus descendit ad palatium¹²⁸ contiguum palatio imperiali¹²⁹, et fuit associatus usque ad suas cammeras a Ser^{mo} archiduce Ernesto a sinistris III^{mi} Dⁿⁱ legati eunte. In discedendo III^{mus} D^{nus} legatus associavit Ser^{num} archiducem usque ad scalas palatii, quia conatus fuit ibidem remanere ortatu et conatu dicti Ser^{mi} archiducis; et III^{mus} D^{nus} legatus semper retinuit manum dexteram, tam in domo quam extra domum, ob dignitatem et convenientiam ut cardinalis et praeminentiam legationis. Fuit hospitatus III^{mus} D^{nus} legatus cum suis familiaribus in dicto palatio expensis Ser^{mi} archiducis Ernesti.

Dominica, die 26 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus induitus rochetto et mozetta praecedente cruce ivit pedestre a suo hospitio ad palatum residentiae Ser^{mi} archiducis Ernesti, quod palatum est imperatoris in eadem platea¹³⁰, in qua est palatum, in quo residet III^{mus} D^{nus} legatus; et ambo simul per dictum palatum imperiale iverunt ad ecclesiam S. Augustini¹³¹, in qua sunt Fratres eiusdem ordinis S. Augustini; et in loco privato superiori in medio ecclesiae stantes audiverunt concionem in lingua Germanica; et post Missam cantatam deinde, hora competenti, III^{mus} D^{nus} legatus invitatus a Ser^{mo} archiduce cum ipso ad prandium remansit et ambo sederunt sub baldachino a dexteris stans III^{mus} D^{nus} legatus.

¹²⁶ *Nova Civitas Austriae (Wiener Neustadt).*

¹²⁷ *Traiskirchen, villa.*

¹²⁸ *Card. Georgius Radziwill, cum Vindobonae esset, in palatio Amalienburg dicto, quod nunc pars Hofburgi est, illo autem tempore aedificabatur (1575–1611), et non in palatio Stallburg vocato, annis 1559–1569 exstructo, habitavisse videtur.*

¹²⁹ *Palatum imperiale (Burg), postea Schweizerhof appellatum.*

¹³⁰ *Platea In der Burg dicta.*

¹³¹ *Ecclesia sub invocatione S. Augustini, saeculo XIV aedificata, tum ecclesia aulica parochialis fuit.*

Feria 2, die 27 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Francisci¹³², deinde hora competenti pransus est publice de more. Post prandium hora secunda ivit ad visitandum Ser^{mum} archiducem Ernestum, cruce praecedente, et postea III^{mus} D^{nus} legatus habitu cammerali indutus ivit cum Ser^{mo} archiduce Ernesto ad silvam seu barcum¹³³, ubi cenavit cum S. Cel^{ne} Ser^{ma}, et post cenam in curru, uti iverunt, redierunt Viennam.

Feria 3, die 28 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam in ecclesia Societatis Iesu¹³⁴, ad quam in curru ductus ivit, deinde hora competenti de more pransus est. Post prandium hora 2 Ser^{mus} princeps archidux Ernestus visitavit III^{mum} D^{nun} legatum, qui illi obviam ivit usque ad principium et caput scalarum, et in eodem loco, quando discessit, illum associavit, et III^{mus} D^{nus} legatus semper manum dexteram retinuit modeste et cum debitissima caerimoniis.

Feria 4, die 29 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus de mane in curru ductus ivit ad ecclesiam cathedralem Viennae, quae est sub invocatione et titulo S. Stephani prothomartiris¹³⁵, in ingressu cuius ecclesiae R^{mus} D^{nus} episcopus Viennae¹³⁶ dedit ei aspersorium cum aqua benedicta; et ibidem audivit Missam lectam, osculatus est librum Evangeliorum et instrumentum pacis de more, et ego tuli, quia alius non erat. Audita Missa vidi reliquias dictae ecclesiae, inter quas vidi aliqua corpora SS. Innocentium cum brachiis et capitibus, et ensem et ferrum lanceae S. Georgii, et plurimas alias reliquias pulcherrimas; deinde rediit domum et invitavit secum ad prandium R^{mum} D^{nun} episcopum Viennae. Post prandium hora 2 ivit ad hortos caesarianos, pulcherrimos et amoenos; demum ivit ad castellum ibi vicinum nuncupatum Erbester¹³⁷, quod est Caes. M^{uis}, et ibi cenavit, et post cenam rediit Viennam per nemus, in quo plurimi cervi erant pascentes, in curru ductus, ut ivit. Hodie mane visitavit III^{mum} D^{nun} legatum III^{mus} D^{nus} Gregorius [s] Ludovicus comes Littimberg¹³⁸, et in lingua Germanica dictus lantgraf.

Feria 5, die 30 aprilis 1592. III^{mus} D^{nus} legatus in curru ductus ivit ad audiendam Missam lectam in ecclesia monialium S. Clarae¹³⁹, constructa a feli-

¹³² Ut suspicari licet, ecclesia gothica ad plateam Franciscanorum (Franziskanerplatz) sita, ubi annis 1603–1614 hodierna Franciscanorum ecclesia est exstructa.

¹³³ I.e. parcum (Ital. barco = parco).

¹³⁴ Ecclesia sub invocatione Novem chororum angelicorum (Kirche am Hof), aedificata a Carmelitis annis 1386–1403, a. 1553 Iesuitis tradita, post incendium saeculo XVII ineunte arte, quae baroca dicitur, refecta.

¹³⁵ Ecclesia cathedralis S. Stephano protomartyri dicata, cuius partes quaedam (frontispicium occidentale) arte Romanica inferiore saeculo XIII exstructae sunt, ampliatio autem gothica saeculo XVI terminata est.

¹³⁶ Ioannes Caspar Neuberg de Freiburg, ob. 28 VIII 1594, epus Vindobonensis a 4 II 1575 (HC III 333, IV 368).

¹³⁷ Ebersdorf, residentia aestiva imperatorum ad meridiem orientemque a Vindobona sita.

¹³⁸ Georgius Ludovicus, landgravus in Leuchtenberg.

¹³⁹ Nunc ecclesia evangelica Dorotheekirche dicta, tum sub invocatione S. Mariae Reginae Angelorum.

cis memoriae regina Franciae de Ser^{ma} familia Austriaca¹⁴⁰, deinde transiens per palatum imperiale, hortos, palatum et alia, et hora competenti pransus est. Post prandium indutus habitu cammerali ivit spatiatum extra civitatem Viennae, in curru ductus usque ad barcum.

Feria 6, die prima mensis maii 1592. In die festo SS. Iacobi et Philippi apostolorum III^{mus} D^{nus} legatus dixit Missam lectam in ecclesia Societatis Iesu, in loco superiori. Absoluta Missa redit domum et hora competenti pransus est cum Ecc^{mo} D^{no} maresciallo Lituaniae, fratre suo germano¹⁴¹, qui secrete et privatim Viennam venit. Post prandium hora 5 ingressa est Viennam Ser^{ma} D^{na} Anna, archiducissa Austriae, sponsa Ser^{mi} regis Poloniae, in curru aurato, cooperito de velluto nigro et intus ornato tela aurea, a sex equis albis ducto; et a sinistris sponsae erat tantum Ser^{ma} archiducissa Maria mater, et ante currum Ser^{mae} sponsae praebant equitantes Ser^{mi} archiduces Ernestus et Matthias Austriaci fratres, et a multis nobilibus viris equitantibus associati ipsos praecedentes *[ss]*, et post currum sponsae sequebantur alii currus cum nobilibus mulieribus intus ductis.

Sabato, die 2 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Mariae Scotorum¹⁴², deinde ivit ad visitandum Ser^{mam} archiducissam Mariam matrem et Ser^{mam} archiducissam Annam sponsam, filiam, et deinde in eodem palatio visitavit Ser^{mu} archiducem Ernestum, postea rediit domum et hora competenti pransus est. Eadem die post prandium ingressi sunt Viennam solemniter, more Polonorum, in curribus seu carozii duo oratores Ser^{mi} regis Poloniae missi pro solemnitate^o nuptiarum et ad associandam Ser^{mam} sponsam per totum iter usque ad Regnum Poloniae. Oratores fuerunt III^{mus} et R^{mus} D^{nus} Hieronymus comes a Rozdrazon¹⁴³ *[sJ*, episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae alias Cuiaviensis, et Ecc^{mus} D^{nus} Albertus Radzivil, dux Olicae et Hiefurest¹⁴⁴ *[sJ* ac marescialcus maior in Ducatu Lituaniae. Currus fuerunt in totum cum illis curribus, qui associerunt oratores, 55, et equi ad manus ducti, qui praebant currus^p, fuerunt 31, et adfuerunt etiam multi equites in habitibus Polonicis induti.

Dominica, die 3 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus simul cum Ser^{mis} archiducibus Ernesto et Matthia Austriacis^q ac Ser^{mis} archiducissis Maria matre et Anna filia Austriacis^q interfuit concioni in lingua Germanica dictae^r et deinde Missae cantatae, qui omnes steterunt in loco superiori privatim clauso in medio ecclesiae constructo. Post Missam redierunt omnes simul ad cameras Ser^{mae} archiducissae Annae sponsae et hora competenti pransi sunt. III^{mus} D^{nus} legatus sedit a dextris archiducissae matris et Ser^{ma} sponsa, filia, a sinistris, et omnes sub baldachino

¹⁴⁰ Elisabeth (Isabella) Austriaca, 5 VI 1554 – 22 I 1592, Maximiliani II imperatoris filia, Caroli IX, regis Galliae, uxor a 26 XI 1570.

¹⁴¹ Albertus Radziwill.

¹⁴² Ecclesia S. Mariae Scotorum (Schottenkirche), exstructa saec. XIV-XV loco, quo olim ecclesia Romanica fuit, postea autem arte, quae baroca dicitur, immutata.

¹⁴³ Rozdrażew.

¹⁴⁴ Nesvizium (Nieśwież), oppidum in palatinatu olim Novogrodensi, sedes gentis Radivilianae.

fuerunt. Post prandium III^{mus} D^{nus} legatus rediit domum suae habitationis, et circa horam quintam R^{mus} D^{nus} episcopus Cuiaviensis, orator regis Poloniae, visitavit III^{num} D^{num} legatum, qui obviam ivit R^{mo} D^{no} episcopo oratori usque ad portam aulae, et in discedendo illum associavit usque ad principium et caput scalarum, sed semper III^{mus} D^{nus} legatus retinuit pro se manum dexteram.

Feria 2, die 4 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Crucis, in qua demorant Fratres Conventuales S. Francisci¹⁴⁵, et hora competenti pransus est simul cum Ecc^{mo} D^{no} Alberto, maiore maresciallo in Lituania, oratore Ser^{mi} regis Poloniae, suo fratre germano, et cum aliis quibusdam nobilibus viris. Post prandium Ser^{mus} D^{nus} archidux Matthias ab Austria visitavit III^{num} D^{num} legatum, qui obviam illi ivit usque ad caput scalarum et ibidem in discedendo associavit, et III^{mus} D^{nus} legatus semper a dexteris ivit, sed cum modestia manum dexteram retinuit.

Feria 3, die 5 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia monialium S. Clarae, et post Missam vidit alias reliquias, inter quas vidit de ligno Sanctissimae Crucis ornato in una cruce aurea gemmis et margaritis laborata et ornata valoris 40 millium aureorum. Post prandium hora 4 adfuit vesperis cantatis pontificaliter a R^{mo} D^{no} episcopo Viennae in ecclesia S. Augustini; et III^{mus} D^{nus} cardinalis fuit cum cappa rubea de camellotto, sedens sub baldachino in sede accomodata super solio unius palmi a cornu Evangelii. Et etiam adfuerunt duo oratores Ser^{mi} regis Poloniae et Ser^{ma} archiducissa Anna sponsa sub baldachino sedentes sine aliquo solio a cornu epistolae; deinde sub ipsis sedebant Ser^{ma} archiducissa Maria mater, Ser^{mi} archiduces Ernestus et Matthias, lantgravius ex principibus Imperii¹⁴⁶ et eius uxor lantgravia¹⁴⁷. In vesperis III^{mus} D^{nus} legatus benedixit incensum pro thurificando altari ad Magnificat, quo thurificato fuit III^{mus} D^{nus} legatus thurificatus ab uno ex sex praesbiteris¹ assistantibus episcopi pluviali induito. Post d^{num} legatum fuerunt thurificati dⁿⁱ oratores Ser^{mi} regis Poloniae, Ser^{ma} sponsa ac ceteri Ser^{mi} principes, lantgravius et uxor eius. In fine vesperarum III^{mus} D^{nus} legatus dedit benedictionem solemnem „Sit nomen Domini” etc.¹⁴⁸, crucem ante se habens capite detecto. Absolutis vesperis R^{mus} D^{nus} episcopus Viennae pontificaliter indutus cum mitra habuit orationem in medio altaris sedens, vertens renes altari, de sacramento matrimonii Latina lingua, ut magis actus matrimonii inter Ser^{num} Sigismundum, regem Poloniae, et Ser^{mam} Annam, archiducissam Austriae, solemnizaretur. Absoluta oratione R^{mus} D^{nus} episcopus rediit ad sedendum in loco suo, et III^{mus} D^{nus} legatus in loco suo apud sedem suam deposita cappa accepit crucem pectoralem, quam semper defert, stolam supra rochettum, pluviale album et mitram praeciosam, et accedens ad altare sedit in medio vertens renes altari; et tunc Ecc^{mus} D^{nus}

¹⁴⁵ Ecclesia Minoritenkirche dicta, aedificata saeculo XIV loco, quo olim ecclesia arte Romana inferiore exstructa fuit, postea immutata.

¹⁴⁶ Georgius Ludovicus, landgravius in Leuchtenberg.

¹⁴⁷ Maria Salomea de domo marchionum Badenianorum.

¹⁴⁸ Cf. N. 49 ann. 5.

Albertus Radzivilius, dux Olicae etc., orator et procurator Ser^{mi} regis Poloniae, accedens apud III^{mum} D^{nus} legatum dedit motum proprium Sanctissimi super dispensatione matrimonii¹⁴⁹ et mandatum regium spetiale¹⁵⁰ in personam ipsius dⁿⁱ Alberti Radzivili pro celebratione matrimonii inter M^{tem} S.R. et Ser^{mam} archiducissam Annam Austriacam in manibus secretarii regii¹⁵¹, qui deinde illa tradidit III^{mo} D^{no} legato, qui vidit et legit et postea reddidit^c dicto secretario regio, ut illa legeret, et dictus secretarius stans a cornu Evangelii apud altare alta voce legit; quibus lectis Ecc^{mus} D^{nus} Albertus, dux Olicae etc., orator et procurator specialis ad hunc actum nomine Ser^{mi} Dⁿⁱ Sigismundi, regis Poloniae etc., et Ser^{ma} D^{na} Anna, archiducissa Austriae, accesserunt apud altare ante III^{mum} D^{nus} legatum, tunc stantem cum mitra, associati^a R^{mo} D^{no} episcopo Cuiaviensi, altero oratore, a Ser^{ma} archiducissa Maria matre et Ser^{mis} archiducibus Ernesto et Matthia; et III^{mus} D^{nus} legatus contraxit inter ambos matrimonium per verba de praesenti, ut consuetum est secundum morem S.R.E. Catholicae in provincia Austriaca. Deinde fuit cantatus hymnus „Te Deum” etc. praeintonato ab III^{mo} D^{no} legato sine mitra; hymno cantato III^{mus} D^{nus} legatus cantavit orationem de Spiritu Sancto. Interim procurator regius sponsus et Ser^{ma} sponsa in locis suis genuflexi stabant; cantata oratione III^{mus} D^{nus} legatus apud sedem in solio depositum paramenta et accepit cappam rubeam, quam extra ecclesiam depositum, et accepit mozettam, et associavit sponsum et sponsam, qui hoc ordine, ut est de more in curia caesarea, iverunt, videlicet sponsus medius inter III^{mum} D^{nus} legatum et R^{mum} D^{num} episcopum Vlasdivasiensem *[s]* et Pomeraniae alias Cuiavensem, oratorem, in primo loco, deinde Ser^{ma} sponsa inter Ser^{mos} D^{nos} archiduces Ernestum et Matthiam, deinde Ser^{ma} archiducissa Maria mater et Ecc^{ma} D^{na} lantgravia.

Hora competenti in palatio imperiali residentiae ipsorum fuit cenatum in aula prima magna, et post cenam fuit saltatum et ductae choreae. In mensa sederunt: in capite mensae sub baldachino positae sponsus a dextris et sponsa a sinistris, ut de more in curia caesarea, post sponsum et sic a dexteris eius III^{mus} D^{nus} legatus, post d^{num} legatum R^{mus} D^{nus} episcopus Cuiaviensis, orator, a sinistris sponsae et sic post ipsam Ser^{ma} archiducissa mater, et post ipsam matrem Ser^{mus} D^{nus} archidux Ernestus, deinde Ecc^{ma} D^{na} lantgravia et Ser^{mus} D^{nus} archidux Matthias, et Ecc^{mus} D^{nus} lantgravius sedit^l post R^{mum} D^{num} episcopum Cuiavensem, oratorem.

¹⁴⁹ *Litterae Clementis VIII motu proprio confectae repertae non sunt, sed asservata est dispensatio Innocentii IX Sigismundo III regi et Annae archiducissae die 30 XI 1591 data, vide A. I.*

¹⁵⁰ *Die 15 II 1592 datum, cf. N. 19 ann. 15.*

¹⁵¹ *Fortassis Stanislaus Fogelweder, 1525 – 10 I 1603, medicinae et philosophiae doctor, secretarius regius ab a. 1564, canonicus Plocensis, deinde Vilnensis et archidiaconus Varsaviensis annis 1572–1600, Annae Jagellonicae secretarius ab a. 1573, eius nomine in Hispania annis 1576–1586 agens, canonicus Cracoviensis ab a. 1587, Annae Austriacae reginae cancellarius ab a. 1592, Canonicorum Regularium Custodum Sanctissimi Sepulchri Hierosolymitani Miechoviae praepositus ab a. 1600 (Kurdybacha; idem, PSB VII 44–46; Nowacki II 303; Schweizer: Nuntiaturberichte p. CXXVIII ann. 10, p. CXXX ann. 4).*

Feria 4, die 6 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Crucis, deinde rediit domum et hora 10 equester in mula pontificali induitus cappa rubea de camelotto et galero rubeo pontificali, cruce praecedente et ante crucem praecedentibus valisario, in primo loco, cum valisia pontificali rubea et familiaribus^w et mazzerio cum mazza equitantibus, ivit ad visitandam Ser^{mam} reginam Poloniae, a qua publicam audientiam habuit, et illam nomine summi pontificis visitavit et dedit illi breve S.Dⁿⁱ N.¹⁵², deinde rediit ad palatium suae habitationis pontificaliter equitans, ut ivit. Post prandium visitavit oratores regis Poloniae.

Feria 5, die 7 maii 1592. In die festo Ascensionis Dⁿⁱ N. Iesu Christi III^{mus} D^{nus} legatus dixit Missam lectam in ecclesia Societatis Iesu, deinde rediit domum et pransus est. Post prandium induit se vestibus rubeis itineris et ivit ad Ser^{mam} reginam, et hora 12 simul cum Ser^{ma} regina, Ser^{ma} archiducissa matre et Ser^{mis} archiducibus Ernesto et Matthia discessit Vienna profecturus Cracoviam. Ser^{ma} regina et Ser^{ma} archiducissa mater et Ecc^{ma} lantgravia iverun[t^c] in curru de veluto rubeo ornato, et suae matronae et mulieres in aliis curribus; III^{mus} D^{nus} legatus equester ante currum Ser^{mae} reginae cruce praecedente, duo oratores Ser^{mi} regis Poloniae et Ecc^{mus} D^{nus} lantgravius equitantes, duo Ser^{mi} archiduces Ernestus et Matthias Austriaci hincinde apud currum Ser^{mae} reginae equitan[t^c]es usque ad flumen Danubii /ss/. Transacto^v flumine a Ser^{mis} supradictis per trimes et ab aliis per pontem III^{mus} D^{nus} legatus ascendit in suum currum et itum fuit ad oppidum dictum Wulkersdorf¹⁵³, distans a civitate Viennae per tres leucas, et omnes in dicto loco hospitati sunt et pernoctaverunt. In hac societate fuerunt circa mille equi et plures homines.

Feria 6, die 8 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia oppidi Wulkersdorf, deinde pransus est simul cum Ser^{ma} regina, Ser^{ma} eius matre, Ser^{mis} archiducibus Ernesto et Matthia ac Ecc^{mo} D^{no} Alberto Radzivilio, oratore laico. Post prandium discesserunt omnes in curribus ducti et iverunt ad oppidum dictum Mistelbach¹⁵⁴, in quo pernoctatum fuit; et fuerunt factae tres leucae de itinere.

Sabato, die 9 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus discessit a Mistelbach associans Ser^{mam} reginam, quae simul cum Ser^{ma} eius matre ibat in curru vecta post currum III^{mi} Dⁿⁱ legati; et post currum Ser^{mae} reginae ibat lantgraftius, orator imperatoris pro interventu nuptiarum^w, in suo curru ductus. Ser^{mi} vero archiduces Ernestus et Matthias associarunt Ser^{mam} reginam per dimidiam leucam ante, deinde reversi sunt Viennam; et fuit etiam associata Ser^{ma} regina ab equitibus deputatis. Et itum fuit ad oppidum Naidolf¹⁵⁵, in quo omnes pransi sunt et III^{mus} D^{nus} legatus cum Ser^{ma} regina pransus est. Post prandium vero in curribus supradictis vecti omnes

¹⁵² Vide N. 7.

¹⁵³ Wulkersdorf, oppidum.

¹⁵⁴ Mistelbach, oppidum ad Zaya fluvium situm.

¹⁵⁵ Neudorf, oppidum prope Staatz situm.

iverunt ad oppidum dictum Auspicz, Latine Auspicium¹⁵⁶, in provincia Moraviae, in quo cenatum et pernoctatum fuit. In ingressu provinciae Moraviae equites Austriaci regredierunt et subintrarunt ad associandam Ser^{mam} reginam equites provinciae Moraviae, et in itinere obviam venit Ser^{mæ} reginae R^{mus} D^{nus} episcopus Olmutiensis seu Marcomannorum¹⁵⁷.

Dominica, die 10 maii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam, in qua Missa etiam interfuerunt Ser^{ma} regina, Ser^{ma} archiducissa mater, lantgravius, orator imperatoris, id est Ecc^{mus} D^{nus} Gregorius [s] Ludovicus comes Lictimberg, et Ill^{mus} et R^{mus} D^{nus} episcopus Cuiaviensis, orator regis Poloniae, et Ecc^{ma} D^{na} uxor lantgravii. Ill^{mus} D^{nus} legatus cum duobus oratoribus erat et stabat a cornu Evangelii; Ser^{ma} regina cum Ser^{ma} eius matre et Ecc^{ma} D^{na} lantgraffia a cornu epistolae stabant. Ill^{mus} D^{nus} legatus osculatus est librum Evangeliorum et instrumentum pacis eodem tempore, quo Ser^{ma} regina, et fuerunt portati duo libri Evangeliorum, id est duo libri missales, et duo instrumenta pacis. Ego dedi osculanda Ill^{mo} D^{no} legato et duobus oratoribus pacem, et eleemosinarius, id est^g primus cappellanus Ser^{mæ} archiducissae matris, dedit Ser^{mæ} reginae, Ser^{mæ} matri^x et lantgraviae, prout de more Germanico. Absoluta Missa omnes in suis curribus vecti abierunt et discedentes ab Auspicz iverunt ad prandium in oppido dicto Austerliz, sed lingua Moravia Slawkow¹⁵⁸. Post prandium discesserunt in curribus ducti et iverunt ad oppidum dictum Viscoviam¹⁵⁹, quod est R^{mi} Dⁿⁱ episcopi Olmutiensis, in quo cenatum et pernoctatum fuit. Ill^{mus} D^{nus} legatus pransus est cum Ser^{ma} regina et simul cum aliis eius comensalibus, videlicet cum Ser^{ma} matre, oratoribus imperatoris et regis Poloniae, et lantgravia.

Feria 2, die 11 maii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in oppido Viscoviae [s], deinde in curru ductus associavit Ser^{mam} reginam, prout ei pontifex mandavit, et pervenit ad locum dictum Prosciov¹⁶⁰, in quo cum Ser^{ma} regina pransus est. Post prandium in curru ductus Ill^{mus} D^{nus} legatus et alii, qui Ser^{mam} reginam comitantur, iverunt ad civitatem Olmutii, in qua cenatum et pernoctatum fuit. Ill^{mus} D^{nus} legatus immediate cum suo curru vadit ante currum Ser^{mæ} reginae. Hodie in itinere habuimus pluviam, ventum et magnum frigus.

Feria 3, die 12 maii 1592. Ill^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia cathedrali Olmutii¹⁶¹; et in porta ecclesiae osculatus est crucem, aspersit se et alias de aqua benedicta, et fuit ter thurificatus a R^{mo} D^{no} episcopo Olmutii, quia ita ipse voluit recipere Ill^{mus} D^{nus} legatum in sua ecclesia pro dignitate Sanctae Sedis Apostolicae, et fuit cantatus hymnus „Te Deum” etc., et deinde cantati versiculi et orationes^y, ut in libro pontificali dicitur sub rubrica „De re-

¹⁵⁶ Auspicium (*Hustopeče, Auspitz*), oppidum.

¹⁵⁷ Stanislaus Pawłowski.

¹⁵⁸ Slaucovia (*Slavkov u Brna, Austerlitz*), oppidum.

¹⁵⁹ Viscovia (*Vyškov, Wischau*), oppidum ad Haná fluvium situm.

¹⁶⁰ Prostějov (*Prossnitz*), oppidum ad Valová fluvium situm.

¹⁶¹ Ecclesia cathedralis saeculo XII fundata et S. Venceslao dicata, saeculis XIV et XIX refecta.

ceptione legati” etc.¹⁶², a decano dictae ecclesiae cathedralis¹⁶³ pluviali induito. Deinde III^{mus} D^{nus} legatus rochetto et mozetta indutus, ante se crucem habens, detecto capite dedit solemnem benedictionem „Sit nomen Domini” etc. Deinde audivit Missam lectam, et librum Evangeliorum et instrumentum pacis osculan-dum tulit et dedit R^{mus} D^{nus} episcopus Olmutiensis, quamvis sit ordinarius loci, quia pro reverentia voluit hoc facere. Absoluta Missa III^{mus} D^{nus} legatus rediit ad palatium episcopale, in quo hospitatus fuit cum aliquibus suis familiaribus, inter quos ego fui, expensis R^{mi} Dⁿⁱ episcopi. Sed d^{nus} legatus ivit ad prandium cum Ser^{ma} regina. Post prandium III^{mus} D^{nus} legatus associavit Ser^{mam} reginam ad ecclesiam cathedralem, cum qua etiam erat Ser^{ma} eius mater et alii soliti, et vi-derunt reliquias ecclesiae, inter quas est unum indusium integrum Beatae Mariae Virginis.

Feria 4, die 13 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa in habitu rubeo itineratio ivit ad prandium cum Ser^{ma} regina, et post prandium in suum currum ascendit, et similiter Ser^{ma} regina et Ser^{ma} eius mater ascenderunt in currum et caeteri alii, et discesserunt a civitate Olmutii et iverunt ad oppidum dictum Lipinich¹⁶⁴, in quo cenatum et pernoctatum fuit.

Feria 5, die 14 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus, Ser^{ma} regina, Ser^{ma} archiducissa mater et ceteri omnes comitantes audita Missa discesserunt in curribus ducti et equitantes ab oppido dicto Lipinich et iverunt pransuri ad oppidum dictum Graniz¹⁶⁵. Post prandium iverunt ad oppidum dictum Icin¹⁶⁶, in quo cenatum et pernoctatum fuit. III^{mus} D^{nus} legatus hodie mane pransus est cum Ser^{ma} regina.

Feria 6, die 15 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa ivit ad hospitium Ser^{mac} reginae et Ser^{mac} eius matris, et in curribus ducti discesserunt ab oppido Icin, quod est oppidum francum, id est non habens dominum particularem, et iverunt ad prandium ad oppidum dictum Staravies¹⁶⁷; et post prandium disces-serunt et iverunt ad oppidum nuncupatum Ostravan¹⁶⁸ [s], quod est oppidum R^{mi} Dⁿⁱ Stanislai Pavloschi, episcopi Olmutiensis, in quo cenatum et pernoctatum fuit.

Sabato, die 16 maii 1592. In vigilia Pentecostes III^{mus} D^{nus} legatus, Ser^{ma} regina, Ser^{ma} archiducissa eius mater audita Missa in Ostrava ducti in curribus

¹⁶² *Vide Catalanus III 207–216* (Ordo ad recipiendum processionaliter praelatum vel legatum).

¹⁶³ Melchior Pyrnesius (*Pirnesius, de Pirn*), 1550 – 26 VII 1607, in Academia Cracoviensi ad doctoratum philosophiae a. 1578 pervenit, protonotarius apostolicus, canonicus ecclesiae colle-giatae Brunensis atque ecclesiae cathedralis Olomucensis et Vratislaviensis, praepositus Sternber-gensis, ab a. 1589 archidiaconus et ab a. 1591 decanus Olomucensis, epus titularis Nicopolitanus (*Nigropolianus*) et suffraganeus Olomucensis die 16 VII 1603 deputatus (ASV Sec. Brev. 383 f. 301–303, 304, 311v, 16 VII, 29 X 1603; Elvert 65 sq.; HC IV 259; Zenon Hubert Nowak, PSB XXIX 513).

¹⁶⁴ Lipník (*Leipnik*), oppidum ad Bečva flumen situm.

¹⁶⁵ Hranice (*Mährisch-Weißkirchen*), oppidum.

¹⁶⁶ Nový Jičín (*Neu-Titschein*), oppidum.

¹⁶⁷ Stará Ves (*Altendorf*), pagus.

¹⁶⁸ Ostrava (*Mährisch-Ostrau*), oppidum.

discesserunt et iverunt ad oppidum dictum Freiast¹⁶⁹ [s], quod distat a loco, quo discesserunt, per duas leucas; et in medio itineris in parvo loco seu villa¹⁷⁰ pransi sunt. R^{mus} D^{nus} episcopus Olmutii cum equitibus Moraviae, qui Ser^{mam} reginam associabat, transacto ponte¹⁷¹, qui est extra oppidum Ostravae et confinis inter provi[nb]ciam Moraviae et provinciam Sileuciae¹⁷² [s], licentiam petit a Ser^{ma} regina, et simul cum equitibus abiit, quia equites provinciae Seleuciae [s] usque ad suos confines versus Cracoviam Ser^{mam} reginam associabunt, cum quibus equitibus erit R^{mus} D^{nus} episcopus Vratislaviae¹⁷³. Hodie obviam Ser^{mae} reginae venit R^{mus} D^{nus} episcopus Ploschae¹⁷⁴, Polonus, cum aliquibus curribus missus a Ser^{mo} rege Poloniae. Hac die fuit cenatum et pernoctatum in Freistat.

Dominica, die Penthecostes 17 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in suo hospitio, et celebrans in Missa communicavit de Corpore Christi III^{num} D^{num} legatum, librum Evangeliorum et instrumentum pacis in Missa tulit III^{mo} D^{no} legato osculanda R^{mus} D^{nus} abbas Velligradensis¹⁷⁵; et remansit in Freistat, sicut fecit Ser^{ma} regina cum aliis.

Feria 2 Penthecostes, die 18 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus remansit in Freistat, audivit Missam lectam in suo hospitio et post prandium visitavit Ser^{mam} archiducissam, matrem Ser^{mae} reginae, aegrotantem.

Feria 3 Penthecostes, die 19 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in suo hospitio, qui in hoc oppido Freistat non est ulla ecclesia catholica, cum sint omnes habitatores haeretici diversarum settarum; et post auditam Missam ivit ad prandium cum Ser^{ma} regina, et post prandium rediit ad suum hospitium.

Feria 4 Penthecostes, die 20 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam et deinde solus privatim pransus est. Post prandium R^{mus} D^{nus} episcopus Vratislaviae visitavit III^{num} D^{num} legatum, et postea III^{mus} D^{nus} legatus ivit ad visitandum Ser^{mam} reginam et Ser^{mam} archiducissam matrem aegrotantem.

¹⁶⁹ Eleuteropolis Tessinensis (Frštat, Freistadt), oppidum ad Olše fluvium situm.

¹⁷⁰ Forsitan villa Petřvald (Peterswald) aut Orlová (Orlau) dicta.

¹⁷¹ Pons in Ostravice flumine factus, quod flumen Moraviam a Silesia Tessinensi dividit.

¹⁷² Silesia.

¹⁷³ Andreas de Jerin, 1541 – 5 XI 1596, e Ridlinga (quod est oppidum Sueborum) oriundus, in universitate studiorum Bononiensi theologiae doctor a. 1571 promotus, ab a. 1570 canonicus et ab a. 1578 praepositus ecclesiae cathedralis Vratislaviensis, epus Vratislaviensis a capitulo die 1 VII 1585 electus et die 9 IX 1585 prov., legatus Rudolphi II imperatoris in Poloniam aliquoties missus (HC III 337; Jaitner: Die Haupthinstruktionen 60 ann. 14; Tomasz Panfil, EK VII col. 1184; Szostkiewicz 481).

¹⁷⁴ Adalbertus Baranowski.

¹⁷⁵ Eggardus a Schwaben (Schwaben), ob. 6 XII 1595, e Regio Monte oriundus, canonicus simulque concionator in ecclesia S. Mauritio dicata Olomucensi ab a. 1576, praepositus ecclesiae collegiatae S. Petri et S. Pauli Brunae ab a. 1580 et Stanislai Pawłowski episcopi cancellarius, abbas monasterii Veleradiensis (Velehrad) Cisterciensis ordinis ab a. 1587 (Elvert 69; Wolny 1/2 253 sq.).

Feria 5 Penthecostes, die 21 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam simul cum Ser^{ma} regina in suo hospitio et cum eadem pransus est. Post prandium III^{mus} D^{nus} legatus, Ser^{ma} regina et Ser^{ma} archiducissa eius mater cum aliis associantibus discesserunt ab oppido Freistat, et Ser^{ma} regina et archiducissa mater cum suis familiaribus cenarunt et pernoctarunt in oppido ex ligno domus fabricatae dicto Serumien¹⁷⁶. III^{mus} vero D^{nus} legatus praeivit ante et se licentiavit a Ser^{ma} regina et Ser^{ma} archiducissa matre causa perveniendi ante eas Cracoviam; et hospitatus est cum suis familiaribus in uno oppido distante ab oppido Schina¹⁷⁷ [s] per dimidiā leucam, et ibidem cenatum et pernoctatum fuit. Multi dormierunt supra mensas et scamna.

Feria 6, die 22 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa in curru ductus, associatus a suis familiaribus in curribus vectis et equitantibus, ivit ad oppidum dictum Ofscenscin¹⁷⁸ [s], quod est primum oppidum in Regno Poloniae, cum domibus ex lignis fabricatis et constructis, et in arce¹⁷⁹ hospitatus est et pransus est. Post prandium discessit et ivit ad oppidum dictum Zator¹⁸⁰, similiter cum domibus ligneis fabricatis, in quo cenatum et pernoctatum fuit, et aliqui dormierunt super terram in palea. In itinere fuit III^{mus} D^{nus} legatus obviatus a R^{do} D^{no} decano¹⁸¹ et uno canonico ecclesiae Cracoviensis et deinde a R^{do} D^{no} archidiacono¹⁸².

Sabato, die 23 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa discessit ab oppido Zator et ivit in curru ductus ad unum palatium particulare¹⁸³, quod per unam leucam distat a civitate Cracoviae et a loco, quo discessit, scilicet a Zator, distat per spatium sex leucarum; et ibidem pransus est hora 21¹⁸⁴ et in eodem palatio pernoctavit.

Dominica Sanctissimae Trinitatis, die 24 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus, episcopus Cracoviae, audivit Missam lectam in una cappella privata dicti palatii, deinde associatus a multis nobilibus viris Polonis ivit versus Cracoviam in curru ductus per dimidiā leucam. Deinde ascendit equum pontificaliter ornatum or-

¹⁷⁶ Strumień (*Schwarzwasser*), oppidum ad Vistulam situm.

¹⁷⁷ Pszczyna (*Pleß*), oppidum.

¹⁷⁸ Oświęcim, oppidum ad Soła fluvium situm.

¹⁷⁹ Arx ducum olim Oświęcimensium saeculis XIII–XIV exstructa et saeculo XVI ineunte immutata.

¹⁸⁰ Zator, oppidum ad Skawa fluvium situm.

¹⁸¹ Erasmus Dembiński, ob. 1613, Valentini, castellani Cracoviensis, filius, praepositus ecclesiae S. Michaelis in arce Cracoviensi, decanus Cracoviensis, cantor Sandomiriensis et secretarius regius (Kieniewicz 62; Niesiecki III 321; Orzelski 620, 660).

¹⁸² Stanislaus Krasinski, 1534 – 11 (vel 12) IX 1598, i.u.d. Romae a. 1565 promotus, secretarius regius ca a. 1566 designatus, scholasticus Gnesensis ab a. 1568, custos Plocensis et canonicus Cracoviensis ab a. 1571, ab a. 1573 archidiaconus simulque ab a. 1591 vicarius in spirituallibus ac officialis generalis Cracoviensis (Waclaw Urban, PSB XV 190 sq.).

¹⁸³ Domus ampla lignea in Balice prope Cracoviam sita, quae tum ad Nicolaum Firlej, palatinum Cracoviensem, pertinebat (Kazimierz Lepszy, PSB VII 14; Woś: Itinerario 32).

¹⁸⁴ Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 17.

namentis rubeis mulae pontificalis, cappa rubea indutus cum galero rubeo pontificali, cruce praecedente ac praecedentibus valisario cum valisia rubea pontificali, suis familiaribus et aliis nobilibus viris et mazzerio cum mazzia equitantibus, ac quatuor parafrenariis pedestribus ante III^{mum} D^{num} legatum incidentibus cum quatuor baculis sive hastis^z, quorum duo in cuspide habebant duos malleos, prout de more legatorum inauratis, et cum solemni equitatione ivit et ingressus est Cracoviam. Et in itinere fuit obviatus a R^{mis} D^{nis} episcopis Luceoriae¹⁸⁵ et Praemistiae¹⁸⁶ [s] ac a d^{mo} magno maresciallo totius Regni Poloniae¹⁸⁷ et a multis nobilibus viris Polonis, et postea a R^{mo} D^{no} archiepiscopo Leopoliensi¹⁸⁸ nomine Ser^{mi} Dⁿⁱ Sigismundi, regis Poloniae, qui a civitate absens erat et non bene valens¹⁸⁹; et ingrediens in civitatem Cracoviae uti legatus et episcopus Cracoviensis, de quo episcopatu fuit provisus a Sede Apostolica, dum III^{mus} D^{ns} cardinalis Radzivilius legatus Romae erat tempore felicis recordationis Gregorii XIV nominatione Ser^{mi} regis¹⁹⁰; et uno eodem tempore fecit ingressum legationis et possessionis sui episcopatus. Fuit receptus processionaliter, et fuerunt servata, quae in libro pontificali dicitur¹⁹¹, et solitas caerimonias ac consuetudinem in veteratam [ss] dictae civitatis Cracoviensis, quae consuetudo non est contra bonas caerimonias. Versiculi et oratio intus ecclesiam cathedralem¹⁹² post cantatum hymnum „Te Deum” etc. fuerunt cantati a R^{mo} D^{no} archiepiscopo Leopoliensi induito pluviali, rogatu R^{mi} Dⁿⁱ [s] capituli et canonicorum Cracoviensis ecclesiae; sed crucem osculandam extra portam Cracoviensis civitatis dedit d^{no} legato^{aa} prima dignitas ecclesiae cathedralis Cracoviae¹⁹³, et similiter in porta ecclesiae ministravit aspersorium et naviculam incensi ac ter thurificavit III^{mum} D^{num} legatum et episcopum Cracoviensem; qui stans apud altare S. Stanislai canonici osculati sunt eius manum, et deinde in loco capitulari praesentibus tantum canonicis iuravit solitum iuramentum ab episcopis novis praestandum. Deinde induit [se^l] stola supra rochettum, pluviali et mitra, et accessit ante maius altare et fuit lecta bulla provisionis¹⁹⁴. In fine post cantatam orationem de S. Stanislao, cantatis antiphona et versiculis et data solemni benedictione „Sit nomen Domini” etc., sine mitra, ante se crucem legationis habens, concessit decem annos et totidem quadragenas de v[e^{ab}]ra indulgentia in forma etc., prout in suis facultatibus legationis¹⁹⁵, quam publicavit unus ex canonicis. Omnibus peractis ivit ad pa-

¹⁸⁵ *Bernardus Maciejowski.*

¹⁸⁶ *Laurentius Goślicki, epus Premisiensis.*

¹⁸⁷ *Andreas Opaliński.*

¹⁸⁸ *Ioannes Demetrius Solikowski.*

¹⁸⁹ Cf. N. 42 p. 77-78.

¹⁹⁰ *Vide supra, p. XL.*

¹⁹¹ *Vide supra, ann. 162.*

¹⁹² *Vide N. 42 ann. 15.*

¹⁹³ I.e. *Erasmus Dembiński decanus.*

¹⁹⁴ *Vide supra, p. XL ann. 165.*

¹⁹⁵ *Vide N. 16 p. 43 (n. 32).*

latium episcopale¹⁹⁶, quod distat ab ecclesia cathedrali, equester pontificaliter cum cappa rubea et galero pontificali rubeo, associatus a dictis tribus R^{mis} D^{nus} episcopis et ab aliquibus canonicis, et in suo ingressu fuit receptus uti episcopus et legatus. Et multum displicuit Ser^{mo} regi non potuisse honorare, uti cupiebat et volebat, III^{mum} D^{num} legatum; sicuti per suas litteras his superioribus diebus, dum III^{mus} D^{nus} legatus in itinere erat, significaverat etc. propter suam absentiam a civitate Cracoviensi.

Feria 2, die 25 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus cruce praecedente pedester, induitus mozetta supra rochettum, ivit ad ecclesiam S. Francisci¹⁹⁷, quae est vicina palatio episcopali suo Cracoviensi, in qua audivit Missam lectam, osculatus est librum Evangeliorum et instrumentum pacis. Post prandium hora 20¹⁹⁸ III^{mus} D^{nus} legatus induitus rochetto et mozetta cruce praecedente equester, associatus a multis nobilibus viris Polonis et suis familiaribus, ivit ad visitandum Ser^{mum} regem Poloniae, qui hodie mane redivit Cracoviam; qui obviam venit III^{mo} D^{no} legato extra secundam suam cammeram et dedit ei manum dexteram, et in cammera, in qua loquuti sunt, simul sederunt ambo sub baldachino ibidem nemine remanente, sed ipsi duo soli fuerunt, et sic fuit audiencea secreta et non publica, quia ita rex voluit; et III^{mus} D^{nus} legatus dedit Ser^{mo} regi breve apostolicum S.Dⁿⁱ N. Clementis papae VIII¹⁹⁹. In discedendo Ser^{mus} rex associavit III^{mum} D^{num} legatum, a dexteris eius incidentem, usque ad portam secundae cammerae. Deinde III^{mus} D^{nus} legatus ascendit superius ad palatium regium et visitavit in suis cammeris Ser^{mam} reginam veterem²⁰⁰, olim uxorem felicis memoriae regis Stephani Battorii, et ei breve apostolicum nomine S.S^{tis} praesentavit²⁰¹; visitavit etiam Ser^{mam} infantem²⁰², sororem Ser^{mi} Sigismundi, regis Poloniae, quae simul cum vetere^{ac} regina erat, et ambae Anna vocantur. Demum equester, ut ivit, redivit ad palatium suum episcopale. Intus cammeram III^{mus} D^{nus} legatus benignissime a Ser^{mo} rege receptus fuit, et inter ipsos multa gratulatoria verba habuerunt, ut mihi retulit idem III^{mus} D^{nus} legatus.

Feria 3, die 26 maii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus in habitu itineris rubeo audivit Missam lectam in ecclesia S. Francisci, deinde in curru ductus ivit ad visitandum Ser^{mam} reginam²⁰³, quae erat distans a Cracovia per unam leucam²⁰⁴, deinde rediit Cracoviam et pransus est. Post prandium ivit ad ecclesiam cathedralem et ibidem cum cappa rubea cardinali expectavit Ser^{mam} reginam, quae circa ho-

¹⁹⁶ *Palatium episcorum Cracoviensium ad plateam Franciscanorum situm, saepenumero immutatum (Grabowski 145–171).*

¹⁹⁷ *Ecclesia sub invocatione S. Francisci, consecrata a. 1269, postea ampliata et refecta.*

¹⁹⁸ *Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 16.*

¹⁹⁹ *Vide N. 6.*

²⁰⁰ *Anna Jagellonica.*

²⁰¹ *Vide N. 9.*

²⁰² *Anna Vasa.*

²⁰³ *Anna Austriaca.*

²⁰⁴ *In Balice ad Cracoviam.*

ram^{ad} 23²⁰⁵ ingressa est Cracoviam, associata a magna copia equitum Polonorum more ipsorum optime indutorum et ornatorum. Et Ser^{mae} reginae obviam ivit Ser^{mus} rex associatus ab aliquibus d^{nis} episcopis Regni, ac etiam in curru ducta obviam Ser^{mae} reginae ivit Ser^{ma} regina vetus vidua. Ser^{ma} regina ingressa est in curru ducta; fuit recepta in porta ecclesiae cathedralis a R^{do} capitulo et canoniciis, quorum unus ex ipsis orationem habuit. Interim III^{mus} D^{mus} legatus stabat apud altare S. Stanislai in medio ecclesiae situm, et fuit a cantoribus cantatus hymnus „Te Deum” etc., quo cantato III^{mus} D^{mus} legatus dedit solemnem benedictionem „Sit nomen Domini” etc. cantando, et alia servata fuerunt, prout consuetum est in Regno Poloniae fieri. Et III^{mus} D^{mus} legatus, episcopus Cracoviensis, postquam Ser^{mus} rex et Ser^{ma} regina et alii de ecclesia abierunt, rediit ad palatium suum episcopale in curru ductus.

Feria 4, die 27 maii 1592. III^{mus} D^{mus} legatus iacuit in lecto febri laborans.

Feria 5, die 28 maii 1592. In die festo Sanctissimi Corporis Christi III^{mus} D^{mus} legatus in lecto iacens cum aliqua suspitione febris audivit Missam lectam supra altare fictitio in sua cammera praeparato [ss]. Et per civitatem Cracoviae fuerunt factae processiones cum Sanctissimo Sacramento, et Ser^{mus} rex Poloniae associavit processionem ecclesiae cathedralis, in qua Sanctissimum Corpus Christi sub baldachino portavit R^{mus} D^{mus} archiepiscopus Lepoliensis [s].

Feria 6, die 29 maii 1592. III^{mus} D^{mus} legatus in lecto iacuit cum aliquo melioramento.

Sabato, die 30 maii 1592. III^{mus} D^{mus} legatus fuit sine febri, sed nihilominus in lecto iacuit, et fuit ab aliquibus episcopis et nobilibus viris palatinis et senatoriis ut his superioribus diebus visitatus.

Dominica, die ultima maii 1592. III^{mus} D^{mus} legatus convalescens de mane in curru ductus ivit ad ecclesiam suam cathedralem in castro regio sitam, in qua expectavit Ser^{mos} regem et reginam coronandam pro confirmatione matrimonii, induitus cappa sua rubea cardinalari, sedens in sua sede episcopali in presbyterio sita et sub baldachino accomodata et ornata. Hora competenti venit Ser^{mus} Sigismundus, rex Poloniae, ad ecclesiam cathedralem induitus habitu regio albo, vide-licet sandaliis, amictu, alba, cingulo, tunnicella, dalmatica et pluviali aureo et corona regia aur[e]b[is] cum gemmis et margaritis, gestans in manu dextera sceptrum regium et manu sinistra pallam auream cum cruce, medius inter duos episcopos Regni Poloniae de more illum sub brachiis tenentes^{ae206}, praecedente uno nobili^d viro cum gladio nudo²⁰⁷ ante Ser^{num} regem. Post regem veniebat Ser^{ma} regina coronanda media inter episcopum Franislaviae²⁰⁸ [s] et inter Ecc^{num} D^{num}

²⁰⁵ Secundum horologium integrum, i.e. ca horam 19.

²⁰⁶ Parum probabile videtur id, quod in alia relatione legitur, regem medium inter ipsum card. Georgium Radziwill, epum Cracoviensem, et Adalbertum Baranowski, epum Plocensem, processisse (Barycz: Kronika 116).

²⁰⁷ Nicolaus Wolski, ob. 9 III 1630, capitaneus Crepicensis ab a. 1566, gladifer Regni ab a. 1574, marescalcus curiae m. martio a. 1600 nom., postea marescalcus supremus Regni a die 6 VII 1616 (UDR IV/2 n. 170, X n. 413, 457, 480; ADLP F. Aldobr. 4 f. 47, 28 III 1600).

²⁰⁸ Andreas de Jerin, epus Vratislaviensis.

Georgium lantgravium, oratores caesareos, induta veste ex tela argentea contexta floribus aureis cum margaritis et praeciosis lapidibus, cum crinibus seu capillis sparsis post humeros, cum corona de floribus supra caput, ante illam praeeuntes tres nobiles viri Poloni, quorum unus gestabat coronam auream reginalem, alias sceptrum reginale et tertius pallam auream cum cruce²⁰⁹. Post reginam sequebantur Ser^{ma} archiducissa mater, Ser^{ma} Anna infans Sueciae, soror Ser^{mi} regis Poloniae, et deinde aliae nobiles mulieres, matronae et puellae sive damicellae.

Interim vero III^{mus} D^{nus} legatus apud altare maius ecclesiae chatedralis accepit deposita cappa rubea stolam supra rochettum, pluviale et mitram praeciosam, et sic indutus in medio altaris remansit. Ser^{mus} rex et Ser^{ma} regina accesserunt ad altare^{af} ante III^{mum} D^{num} legatum, et factis inter ipsos mutuis et debitis reverentiis III^{mus} D^{nus} legatus nomine et pro parte summi pontificis Clementis VIII ratificavit per verba de praesenti, prout est de more huius Regni Poloniae, matrimonium inter Ser^{num} Sigismundum, regem Poloniae et Sueciae etc., et Ser^{man} Annam, archiducissam Austriae et ducissam Burgundiae etc.; benedixit anulos et in digitis anularibus illis imposuit ac illos etiam benedixit. Peracta et confecta confirmatione matrimonii Ser^{mus} rex et Ser^{ma} regina recesserunt et III^{mus} D^{nus} legatus deposito pluviali, mitra ac stola accepit suam cappam rubeam cardinalarem et ivit ad sedem suam sub baldachino. Ser^{mus} rex ivit ad tronum suum in medio chori ecclesiae situm et praeparatum, in cuius plano erant due sedes de velluto rubeo, in quarum una sedit Ser^{mus} rex, altera^{ag} vero a sinistris eius, in qua regina sedere debet, tunc remansit vacua. Regina ivit ad standum et sedendum in sedibus ornatis sub baldachino in choro et sedit apud Ser^{man} archiducissam eius matrem et Ser^{man} D^{nam} Annam infantem Sueciae, sororem regis, et alias nobilissimas ac illustrissimas mulieres.

Omnibus in locis stantibus R^{mus} D^{nus} episcopus Cuiaviae paratus omnibus pontificalibus paramentis albis pro Missa celebranda inchoavit Missam solemnem cantatam de Sanctissima Trinitate pro actu coronationis Ser^{mac} reginae, cui inter alios ministros, prout est de consuetudine huius Regni Poloniae, assisterunt R^{mi} Dⁿⁱ episcopi Plocae et Luceoriae respective hincide ad altare, induti stolis, pluvialibus et mitris, et caerimoniae fuerunt more Poloniae. Post cantatam epistolam Ser^{mus} rex descendens de trono suo, sive solio, accessit ad altare cum suis insignibus regiis et stans ante R^{num} D^{num} episcopum Cuiaviae, Maioris Poloniae celebrantem, qui in absentiam R^{mi} Dⁿⁱ archiepiscopi Gnyznae²¹⁰ [s] functus est hoc officio, fecit instantiam et petit, prout dicitur in libro pontificali de coronatione reginae²¹¹, ut suam reginam sponsam coronaret; deinde rediit ad solium, sive tronum suum, et sedit. Venit regina ante altare associata et ducta a duobus

²⁰⁹ *Diadema reginale ante Annam Austriacam portavit Andreas Leszczyński, palatinus Bresensis Cuiaviensis, sceptrum — Nicolaus Jazłowiecki, capitaneus Sniatynensis, malum — Adamus Sandivogius Czarnkowski, capitaneus Pyzdrensis (Barycz: Kronika 116).*

²¹⁰ *Stanislaus Karnkowski.*

²¹¹ *Vide Catalanus I 408–409 (De benedictione et coronatione reginae separatim a benedictione et coronatione regis).*

episcopis²¹² et associata a Ser^{ma} archiducissa eius matre et aliquibus nobilissimis faeminis; et Ser^{ma} regina genuflexa ante altare fuit uncta cum oleo cathecumenorum in brachio dextero et sub scapulis, et fuit coronata et datum in manu eius dextera sceptrum reginale cum debitis et solitis caerimoniiis et prout est in libro pontificali notatum; sed non in totum fuit observatum, prout est ibidem notatum, sed pro maiori parte. Coronata regina R^{mus} D^{nus} episcopus celebrans lavit manus, et Ser^{ma} regina ivit et ascendit ad solium, sive tronum regale, et stetit et sedit apud Ser^{num} regem a sinistris eius; et fuit cantatus hymnus „Te Deum” etc. Interim Ser^{ma} regina genuflexa permanebat, et ita ei ego per alium significare feci ita debere permanere. Absoluto hymno surrexit, et R^{mus} D^{nus} episcopus celebrans prosequeutus est Missam. Ad Offertorium Ser^{ma} regina descendit de thalamo sive trono, et associata a duobus episcopis, videlicet a R^{mis} D^{nis} archiepiscopo Leopoliensi et episcopo Promistaniae²¹³ [s], accessit ad altare ante d^{num} episcopum celebrantem, et genuflexa osculata est eius manum et dedit ei pro offertorio decem ducatos Ungaros, et rediit ad thalamum regale. Post sumptum Sanctissimum Sacramentum a R^{mo} D^{no} celebrante Ser^{ma} regina accessit denuo ante altare associata a duobus supradictis praelatis episcopis et genuflexit, et R^{mus} D^{nus} episcopus celebrans communicavit Ser^{mam} reginam de Corpore Christi, et communicata rediit ad thalamum regale apud Ser^{num} regem; et R^{mus} D^{nus} celebrans prosequeutus est Missam usque ad finem. In fine Missae post cantatum „Ite^{ah}, missa est” III^{mus} D^{nus} legatus accessit ad altare et illo^{ai} in medio osculato, detecto capite, vertens renes altari, ante se crucem suae legationis habens, dedit solemnem benedictionem „Sit nomen Domini” etc., interim rege et regina ac aliis genuflexis permanentibus; et concessit indulgentiam decem annorum et totidem quadragenarum in forma etc., prout in suis facultatibus legationis, quam publicavit cantor²¹⁴, qui est una ex dignitatibus ecclesiae cathedralis et in Missa cantavit Evangelium. III^{mus} D^{nus} legatus osculatus est librum Evangeliorum post cantatum Evangelium et fuit thurificatus a R^{do} D^{no} decano dictae ecclesiae cathedralis, qui est prima dignitas capituli, pluviali induito, eodem tempore, quo Ser^{mus} rex osculatus est librum Evangeliorum et fuit^{aj} thurificatus ab uno ex episcopis pluviali et mitra induito. Instrumentum pacis III^{mus} D^{nus} legatus osculatus est post dictum tertio „Agnus Dei” et orationem, prout fieri solet et debet. Sed Ser^{mus} rex et regina post communionem osculati sunt patenam, prout est mos ipsorum Polonorum; et Ser^{ma} regina osculata est etiam librum Evangeliorum post regem et fuit thurificata. Alia prout de more Polono inconfuse et sine ordine.

Absoluta Missa Ser^{mus} rex et Ser^{ma} regina in eodem habitu cum coronis, sicuti fuerunt in Missa, associati ab omnibus aliis, qui interfuerunt coronationi,

²¹² Ioannes Demetrius Solikowski, aepus Leopoliensis, et Laurentius Goślicki, epus Premisiensis.

²¹³ Laurentius Goślicki, epus Premisiensis.

²¹⁴ Ioannes Andreas Krasinski, 14 VIII 1550 – 13 IV 1612, canonicus Gnesensis et Cracoviensis ab a. 1572, scholasticus Lanciciensis, canonicus Loviciensis et Kielcensis, cantor ecclesiae cathedralis Cracoviensis ab a. 1576 (Henryk Barycz, PSB XV 177–179).

redierunt ad palatium regale contiguum ecclesiae. III^{mus} vero legatus remansit in ecclesia et postea dimissa cappa, indutus mozetta supra rochettum, cruce praecedente ivit ad palatium regium, quod est contiguum ecclesiae, ut dixi, et ascendit superius ad Ser^{mum} regem, qui semper dedit III^{mo} D^{no} legato manum dexteram, et ei obviam venit ad secundam eius cameram. Fuerunt in caerimonia coronationis exonerati scopli a militibus custodiae Ser^{mi} regis et facta alia signa laetitiae. Tempore convenienti III^{mus} D^{nus} legatus a dexteris et Ser^{mus} rex a sinistris cruce praecedente ascenderunt superius ad aulam magnam²¹⁵ pro solemini et regio prandio accomodata et ornatam cum mensis et aliis ornamentis, quae aula est in eodem plano cammerarum Ser^{mae} reginae²¹⁶, et similiter Ser^{ma} regina ad dictam aulam venit, et pransi sunt; et eodem tempore etiam in aliis mensis pransi sunt omnes invitati tam viri nobiles quam nobiles mulieres, qui plurimi fuerunt. In mensa regia hoc ordine steterunt: mensa erat collocata et posita supra solium et eminebat alias mensas, per transversum in facie introitus aulae et in capite aulae cum baldachino supra mensam; rex in habitu suo ordinario et non regali, cum bireto de velluto nigro cum diamantis circum, quod biretum servatur in thesauro regio; et apud regem Ser^{ma} regina a sinistris eius cum corona aurea supra caput, habitu reginali, quia ita est de consuetudine in die coronationis comedere, et duo nobiles viri²¹⁷ ante illam tenebant sceptrum reginale unus, alter vero pallam auream cum cruce, qui in toto prandio permanserunt; et ambo, tam rex quam regina, sederunt in medio mensae sub baldachino. III^{mus} D^{nus} legatus sedet a dextris regis, Ser^{ma} D^{na} archiducissa, mater reginae, a sinistris eius filiae reginae; a dexteris III^{mi} Dⁿⁱ legati sedet III^{mus} et R^{mus} D^{nus} episcopus Vratislaviae, orator imperatoris; a sinistris Ser^{mae} archiducissae, matris reginae, sedet Ser^{ma} Anna infans Sueciae, soror Ser^{mi} regis; et conspectu R^{mi} Dⁿⁱ episcopi Vratislaviae sedet Ecc^{mus} D^{nus} lantgravius, laicus orator imperatoris. In fine mensae post Ser^{man} infantem, sororem regis, sedet Ecc^{ma} D^{na} uxor lantgravii, quae est soror consobrina Ser^{mae} archiducissae, matris Ser^{mae} reginae²¹⁸. Absoluto prandio II-
I^{mus} D^{nus} legatus et Ser^{mus} rex associarunt Ser^{man} reginam ad suas cameras et deinde abierunt. Ser^{mus} rex ivit ad suas cameras inferius, et III^{mus} D^{nus} legatus redivit ad suum palatium episcopale in curru ductus. In prandio cappellanus III^{mi} Dⁿⁱ legati²¹⁹ tenuit semper crucem legationis ante ipsum d^{num} legatum, quia ita est consuetum in hoc Regno Poloniae. Ser^{ma} regina vetula vidua, uxor felicis

²¹⁵ *Aula Senatoria, quae vocatur, in secunda contignatione in septentrionali ala palatii regii sita* (Szablowski 42, 45).

²¹⁶ *Conclavia reginae in occidentali ala palatii ad ecclesiam cathedralem sita fuerunt* (Szablowski 40).

²¹⁷ *Nicolaus Jazłowiecki, capitaneus Sniatynensis, et Adamus Sandivogius Czarnkowski, capitaneus Pyzdrensis* (Barycz: *Kronika* 117).

²¹⁸ *Maria Salomea, uxor Georgii Ludovici, landgravii in Leuchtenberg, fuit filia Filiberti, marchionis Badeniani Aureliae Aquensis* (Baden-Baden), et *Mathildis de domo Wittelsbachorum, Mariae archiducissae amitiae*.

²¹⁹ *Forsitan Ioannes Baptista Catto, Italus, domesticus et caerimoniarum magister card. Georgii Radziwill* (cf. Bazielich 207).

memoriae Ser^{mi} regis Battorii, hodie mane non adfuit caerimoniae coronationis, neque in prandio, quia aegrotat.

Feria 2, die prima iunii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in palatio suo supra altare fictitio [ss] dictam; deinde in curru ductus, associatus a suis familiaribus ac aliis nobilibus viris Polonis equitantibus, ivit ad palatum regium in arce situm, quia adhuc durant festa nuptialia, et adfuit coreis apud ipsum cruce legationis permanente, prout est hic in Regno Poloniae consuetum.

Feria 3, die 2 iunii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audita Missa lecta in suo palatio ivit in curru ductus ad palatum regium, in quo adfuit festis nuptialibus et coreis Polonis absque ordine, cappellano cum cruce apud III^{num} D^{num} legatum permanente, uti est mos huius regni. Hodie civitates Regni, id est populi civitatum, fecerunt diversa dona Ser^{mæ} reginae Annae, Austriacae sponsae.

Feria 4, die 3 iunii 1592. III^{mus} D^{nus} legatus audivit Missam lectam in ecclesia S. Stanislai, quae est ecclesia cathedralis Cracoviae in arce sita; deinde ivit ad palatum regium, quod est contiguum ecclesiae, et visitavit Ser^{mum} regem, demum Ser^{mam} reginam et archiducissam eius matrem, et postea remansit ad prandium cum Ser^{mo} rege et aliis, et adfuit festis et coreis nuptialibus praesente cruce suae legationis, quam tenuit cappellanus, et in omnibus actibus semper apud se habuit iuxta consuetudinem huius regni, quae mihi non placet tenere crucem in conviviis et saltationibus et aliis festis Polonicis. Ego non curavi videre propter confusionem.

Feria 5, die 4 iunii 1592. In die octava Sanctissimi Corporis Christi III^{mus} D^{nus} legatu[s^{ab}] pro ultimo et peremptorio die sua legationis, quia hodie, prout sonat in bulla sua legationis²²⁰, spirat, et confecit munus susceptum, in curru vectus ivit, associatus ab aliquibus nobilibus viris Polonis et suis familiaribus equitantibus ante currum, ad ecclesiam cathedralem et ibidem accepta cappa rubea cruce praecedente ivit ad altare maius, et facta oratione sedit in sede episcopali in presbyterio sita sub baldachino et adfuit Missae cantatae de Sanctissimo Sacramento [s^{ab}]upra altare maius, in quo erat Sanctissimum Sacramentum discoopertum. In Missa feci servare omnia, quae potui, iuxta caerimonias nostras Romanas, videlicet quod subdiaconus osculatus est manum III^{mi} Dⁿⁱ legati post cantatam epistolam, et diaconus pettit benedictionem ante Evangelium et posuit incensum in thuribulo cum benedictione, et alia. Huic Missae cantatae adfuit etiam Ser^{mus} rex Poloniae, qui stetit et sedit sub baldachino in suo solito loco a cornu epistolae; qui locus in cornu epistolae in hoc regno habetur pro digniori, et locus iste est extra presbyterium in choro. Librum Evangeliorum III^{mus} D^{nus} legatus osculatus est eodem tempore, quo osculatus est alium librum Evangeliorum Ser^{mus} rex. In fine Missae III^{mus} D^{nus} legatus apud altare stans capite detecto, ante se crucem habens, dedit benedictionem „Sit nomen Domini” etc., rege et omnibus aliis genuflexis. Data benedictione et Missa absoluta III^{mus} D^{nus} legatus deposita cappa rubea accepit stolam supra rochettum et pluviale album, et accepto Sanctissimo Sacramento intus tabernaculum portatile positum cum debitis reve-

²²⁰ Vide N. 16 p. 48.

rentiis et solitis caeremoniis illud cum mitra praeciosa processionaliter per ecclesiam portavit, et non extra ecclesiam, quia erat tempus pluviosum, et Ser^{mus} rex sequutus est et associavit processionem; portavit Sanctissimum Sacramentum cum mitra praeciosa, quia dixerunt sic [esse in^c] consuetudine in hoc regno et d^{mus} legatus ita voluit. In dicta pr[ocession^c]e per ecclesiam facta quater interpositis vicibus III^{mus} D^{nus} legatus et e[piscopus^{ab}] Cracoviensis quievit et posuit Sanctissimum Sacramentum super quatuor alta[ri^{ab}]bus, et in unoquoque altari fuit cantatum unum Evangelium a quatuor dignitatibus [ecc^c]lesiae cathedralis Cracoviensis; quorum ultimum Evangelium debebat cantare III^{mus} [D^{nus} c] legatus et episcopus Cracoviensis, prout est de consuetudine dictae ecclesiae, sed impeditus cantavit illud d^{mus} decanus; interim quod cantabantur singula Evangelia, III^{mus} D^{nus} legatus stabat sine mitra apud illud altare, in quo deposuerat Sanctissimum Sacramentum, et Ser^{mus} rex et episcopi et alii stabant in suis locis capitibus detectis. Absoluta processione III^{mus} D^{nus} legatus cum Sanctissimo Sacramento^{ak} benedixit omnes, faciens signum crucis nihil dicens, et Sanctissimum Sacramentum supra altare optime ornato /ss/ reposuit. Et Ser^{mus} rex abiit et redivit ad palatium regium, III^{mus} D^{nus} legatus vero ivit ad sacrestiam ecclesiae et depositus mitram, pluviale et stolam, et accepta mozetta supra rochettum cruce praecedente ivit ad palatium regium ad cammeras Ser^{mæ} reginae et Ser^{mæ} archiducissae eius matris; et tempore convenienti III^{mus} D^{nus} legatus simul cum Ser^{mo} rege, Ser^{mæ} regina et aliis solitis ivit ad convivium, et omnes pransi sunt simul. Absoluto prandio remansit III^{mus} D^{nus} legatus ad festa et coreas, quae in palatio facta fuerunt, remanente cruce apud ipsum ad solitum. Et hodie legatio expiravit.

Dominica, die 14 iunii 1592. Post Missam cantatam ante prandium Ser^{mus} Sigismundus III, rex Poloniae, in sua cammera privata, in qua dat audientiam, cum assistentia aliquorum senatorum Poloniae, inter quos erat III^{mus} D^{nus} cardinalis Radzivilius, episcopus Cracoviensis, et tres alii episcopi, qui sunt senatores ecclesiastici, et omnes sedentes, dedit audientiam III^{mo} D^{no} Petro Dodo, oratori Ser^{mæ} Reipublicae Venetiarum, qui gratulatus est cum Ser^{mo} rege de matrimonio celebrato et facto inter M^{tem} S. et Ser^{mam} archiducissam Annam Austriacam. Cui oratori Ser^{mus} rex obviam ivit in eadem cammera per quatuor passus a sua sede discedens sub baldachino posita, et deinde rediit ad sedendum; et orator Venetus osculatus est eius manum et ivit ad sedendum in scamno ornato de velluto viridi e conspectu Ser^{mi} regis posito, et operto capite loquutus est; et dixit, quae in mandatis habebat, lingua Italica et praesentavit litteras Reipublicae Venetiarum, et per^k vicecancellarium Regni²²¹ lingua Latina ei responsum fuit. Hoc confecto familiares dⁿⁱ oratoris Veneti osculati sunt manum Ser^{mi} regis, inter quos erant octo nobiles viri Veneti, et orator petita licentia regi abiit et ivit superius ad visitandum Ser^{mam} reginam, cui etiam litteras dedit, et nomine Ser^{mæ} Reipublicae Venetiarum donavit Ser^{mæ} reginae vasa diversa argenti caelati pro praetio quatuor millium aureorum²²². Ser^{mus} D^{nus} Sigismundus III, Poloniae et Sueciae rex

²²¹ Ioannes Tarnowski.

²²² Novitates Venetiis die 9 V 1592 perscriptae nuntiaverunt Petrum Duodo in Poloniam

etc., in eadem camera creavit III^{mum} D^{nus} Petrum Dodum, oratorem Venetiarum, in equitem, dans ei cum ense supra spatulas, et donavit ei torquem millium aureorum et concessit insignia familiae regiae etc., et ego fui praesens²²³. Alia, quae acta fuerunt post absolutam legationem, non noto nec scribo, quia non pertinent ad me; hunc actum oratoris Veneti et audientiam notavi, quia fui praesens intus cammeram regiam et fui unus de spectantibus etc.

Feria 6, die 24 iulii 1592. In vigilia S. Iacobi apostoli per tempus pluviosum discessi Cracovia redditurus Romam, et pro itinere III^{mus} D^{nus} cardinalis Radzivilius fecit mihi dare florenos trecentos et tres equos ordinarios, videlicet duos pro parvo curru, seu carozia, in quo ferebantur meae vestes et aliae meae res necessariae pro itinere, et tertium equum pro equitando.

Dum eram extra curiam, intellexi haec infrascripta facta esse in curia Romana.

Die 16 aprilis 1592. Fuit consistorium publicum in aula Ducali, in quo oratores Reipublicae Luccae praestiterunt solitam et debitam oboedientiam S. D^{nº} N. papae Clementi Octavo servatis servandis²²⁴, quorum unus²²⁵ habuit orationem etc.

Feria 3, die 28 aprilis 1592. Fuit consistorium publicum in aula Regia, in quo praestitit oboedienti[a^{ab}]m solitam S. D^{nº} N. Clementi papae Octavo orator Hispaniarum²²⁶ simul cum oratore residente in curia²²⁷, nomine Ser^{mi} Philippi, regis Hispaniarum. Quidam doctor habuit orationem et alia servata fuerunt de more. Intus portam cappellae apostolicae, quae Sisti IV vocatur, fuit accommodatus locus clausus cum pannis sericeis lignis fabricatus, in quo stetit ad videntum Ecc^{ma} D^{na} ducissa de Sessa, uxor^{al} Ecc^{mi} Dⁿⁱ ducis Sessae, oratoris Hispaniarum in curia residentis.

missum accepisse argenti per 3 mila scudi da presentare la sposa (BAV Urb. Lat. 1060 f. 304v).

²²³ Di Craccovia dellì 27 passato s'intende che il Clar^{mo} Duodo, ambasciator veneto, era stato molto accarezzato da quel re, et che l'haveva creato cavalliero et donatogli una colonna di 500 ungari, et da uno di quelli principali Polachi donato un bellissimo cavallo (BAV Urb. Lat. 1060 f. 444v, *novitates Venetiis 18 VII 1592 datae; Lechniak 18*).

²²⁴ *Die 13 IV 1592 circa horam 22 (secundum horologium integrum, i.e. ca horam 17) ingressi fuerunt Urbem per portam Flaminiam tres oratores Reipublicae Lucensis, id est Martinus Lilius, decanus S. Michaelis in foro et protonotarius supernumerarius, Goffredus Rapondus et Laurentius Guidavionus (diarium Ioannis Pauli Mucante, BAV Vat. Lat. 12317 f. 155; relatio de oboedientia, quam die 16 aprilis praestiterunt, ib. f. 157v sqq.; Banaszak 3 p. 149–150).*

²²⁵ *Martinus Lilio.*

²²⁶ *Laurentius Suárez de Figueroa, dux de Feria, orator Hispaniensis Romae et in Gallia, vicerex locumtenensque Cataloniae et Siciliae (diarium Ioannis Pauli Mucante, BAV Vat. Lat. 12317 f. 170v; Banaszak 3 p. 55–56; Braudel II 372; EUIEA XXIII 714).*

²²⁷ *Antonius Ferdinandus de Córdoba-Cardona y de Requesens, dux de Soma y Sessa, 1551–1606, orator Hispaniensis Romae a 14 IV 1590 ad 10 VIII 1603 residens, consiliarius in Consilio Status et Belli a 12 IV 1601, titulo classis praefecti Neapolitani locumtenentisque die 24 I 1602 ornatus, praefectus curiae Margaritae Austriacae reginae, uxoril Philippi III, ab a. 1603 (Jaitner: Die Hauptinstruktionen 87).*

Die 14 maii 1592. Fuit consistorium publicum in aula Ducali, in quo Ecc^{mus} D^{nus} Caesar Estensis²²⁸ praestitit solitam et debitam reverentiam et oboedientiam nomine et pro parte Ser^{mi} Dⁿⁱ Alphonsi, ducis Ferrariae, S. D^{no} N. Clementi papae Octavo; et unus doctor²²⁹ habuit orationem, alia de more etc.

Die 17 octobris 1592. Fuit consistorium publicum in aula Regia, in quo praesiterunt solitam oboedientiam S. D^{no} N. Clementi papae Octavo oratores Reipublicae Venetiarum²³⁰, quorum unus²³¹ habuit orationem, alia ut de more etc.

Dum etiam in itinere eram, recepi litteras, in quibus mihi significabatur obitus bonae memoriae R^{di} Dⁿⁱ Francisci Mucantii, magistri caeremoniarum, socii mei, qui primum locum in officio caeremoniarum obtinebat, obitus cuius multum mihi displicuit ob singulares eius virtutes ac doctrinam, et valde amicus meus erat; et diem ultimum suum clausit die 6 octobris 1592. Et in officium caeremoniarum successit R^{dus} D^{nus} Guido Ascanius Praevostus²³², beneficiatus S. Petri, qui habebat breve apostolicum pro successione expeditum tempore felicis recordationis Sisti papae V, et sic effectus est meus socius in secundo loco, et ego primus.

Feria 6, die 30 octobris 1592. Tandem Romam redivi, favente Deo, post multas incomoditates, quas passum sum in longo itinere; et inter alias praecipue apud Pontevam in confinibus Italiae retentus fui et non potui ulterius transire, quia dⁿⁱ Veneti clauerunt transitum his, qui ex Polonia in Italiam veniebant; et ego, qui ex Polonia cum aliquibus Polonis et sacerdotibus Societatis Iesu veniebam, et in dicto regno pestis vigebat, fui coactus ortatu cauponis, in cuius caupona hospitatus eram, redire Gretium in provincia Stiriae et per aliam viam in Italiam introire cum magno sumptu et incomodo, et ideo dⁿⁱ Veneti clauerunt transitum per suos confines.

²²⁸ *Caesar Estensis, 1552–1628, marchio Monticuli, consanguineus propinquus e linea illegitima Alfonsi II ducis, post cuius mortem (27 X 1597) dux Ferrariae (solummodo ad transactionem a. 1598 ineunte Faventiae factam, ex qua Ferraria Statui Ecclesiatico adiuncta est) simulque dux Mutinæ et Regii factus est.*

²²⁹ *Ioannes Franciscus Terzani, iuris peritus Ferrariensis (Banaszak 3 p. 113).*

²³⁰ *Romam quinque legati Veneti venerunt: Zacharias Contarini, Marinus Grimani, Fredericus Sanudo (Sanuto), Leonardus Donato et Paulus Paruta, qui ultimus etiam ad residentiam in curia destinatus erat. Quorum legatorum quattuor tantum die 17 octobris oboedientiam sollemniter praesiterunt Marino Grimani adversa valetudine laborante excepto (diarium Ioannis Pauli Mucante, BAV Vat. Lat. 12317 f. 320v–321, 324; Paruta 1 sq.; AS Venezia. Indice 223; Banaszak 3 p. 165, ubi legatorum nomina parum accurate sunt allata).*

²³¹ *Leonardus Donato.*

²³² *Guido Ascanius Prevosto, ob. paulo ante 16 III 1613, beneficiatus basilicae S. Petri de Urbe et capellae pontificiae diaconus (Clementis papae VIII capellanus dell'Evangelio), tertius caeremoniarum pontificiarum magister a Sixto papa V die 29 X 1589 deputatus, post mortem Francisci Mucante secundi magistri locum obtinebat; a. 1591 una cum Dario Boccarino nuntio discessit Hispaniam versus ad Philippum II regem et Isabellam Claram Eugeniam infantem, quibus Gregorius XIV felicis recordationis ensem, pileum et rosam dono miserat; hereditatem fere 6 milium scutorum reliquit (APWr ABWr 71 p. 46, novitates Romae 16 III 1613 perscriptae; diarium Ioannis Pauli Mucante, BAV Vat. Lat. 12317 f. 99v–100, 319–320v: exemplar brevis Sixti V 29 X 1589 dati; BAV Ruoli 109 f. 6, II 1592).*

^a ad aut. ^b omissum ^c macula ^d nobile aut. ^e gallaria aut. ^f quorum aut.
^g sequitur unum verbum penitus expunctum ^h sequitur expunctum qui s[enatores] ⁱ sequitur
 expunctum pter ^j deest ^k suprascriptum ^l verbum correctioni subiectum ^m factum
 aut. ⁿ Jesuitorum aut. ^o selemnitate aut. ^p curros aut. ^q Austricibus aut. ^r dicta
 aut. ^s reddit aut. ^t associatos aut. ^u familiaribus aut. ^v transacto aut. ^w nunptia-
 rum aut. ^x matris aut. ^y orationem aut. ^z hastibus aut. ^{aa} sequitur repetitum oscu-
 landam ^{ab} lacuna ^{ac} vetera aut. ^{ad} sequitur expunctum 13 ^{ae} tenentem aut. ^{af} se-
 quitur unus versus penitus expunctus ^{ag} praeceditur a praepositione in supervacue scripta ^{ah} Ita
 aut. ^{ai} illud aut. ^{aj} fuerit aut. ^{ak} sequitur expunctum omnibus ^{al} uxore aut.

A. 4

[Card. Hieronymus Mattei] Germanico Malaspina

Romae, 9 XI 1592

Ei nuntiat, quamquam is opportuno tempore constitutioni de sacris apostolorum liminibus visitandis non satisficerat, sumnum pontificem a debitis poenis ecclesiasticis eum absolvisse, ea tamen condicione, ut quamprimum per canonicum ecclesiae suae munus illud adimpleret.

Reg.: ASCC LL 8 f. 119, nomen auctoris deest.

Tametsi Amp^{do} T. felicis recordationis Sixti V constitutioni de sacris apostolorum liminibus visitandis¹ diutius quam par erat satisfacere distulerit, nihilominus S.D^{mus} N. interim illam a suspensione, irregularitate et censuris hanc ob causam ab Amp^{ne} T. incursis (adimplenda tamen per te poenitentia salutari a confessario² tibi iniungenda) benigne absolvit ac propterea dispensavit et fructus indebito perceptos condonavit. Voluit tamen S^{tas} S., ut per canonicum tuae ecclesiae³ quamprimum dictae constitutioni Sixti V omnino satisfacias. Quare his literis acceptis pro debita oboedientia id munus adimplere curabis. Haec ego iussu S^{is} S. Ampⁿⁱ T. significanda duxi, cui bonam valetudinem et caelestis gratiae incrementum a Domino precor.

¹ *Constitutio Sixti V* (Romanus pontifex, beatissimi Petri apostolorum principis successor) die 20 XII 1585 edita, *Bullarium Romanum VIII* 641–645.

² *Sigismundus Ernhoffer iesuita, Annae Austriaca reginae simulque Germanico Malaspina a sacris confessionibus fuit, vide N. 203 p. 333.*

³ *Scilicet per aliquem canonicum ecclesiae cathedralis S. Severi.*

VERBA OBSOLETA ET DIALECTI PROPRIA
NECNON NONNULLAE VARIETATES AD RATIONEM SCRIBENDI PERTINENTES
in textibus in Italico sermone scriptis apparentes

abbrugiare, abrusiare — abbruciare
acquietare — acquietare
admettere — ammettere
adosso — addosso
adverso — avverso
affatigare — affaticare
affirmare — affermare
affligere — affliggere
aggiongere — aggiungere
agiutare — aiutare
agiuto — aiuto
altramente, altremente, altrimente —
altrimenti
ambidue, amdue — ambedue
anchora — ancora
anco — anche, ancora
anco che — ancorché, ancoraché
annonciare — annunciare, annunziare
apponto — appunto
approbare — approvare
approbatione — approvazione
argomento — argomento
arteleria — artiglieria
assigurare — assicurare
augmentare — aumentare
augmento — aumento
avedersi — avvedersi
avenire — avvenire
avezzo — avvezzo

baldochino — baldacchino
basciare — baciare
bavero — bavarese
borasca — burrasca

cadavero — cadavere
camino — cammino
cancellaria — cancelleria
cancelliero — cancelliere
capitulare — capitolare
capitulatione — capitolazione
capitulo — capitolo
cathecumino — catecumeno
cavalaria — cavalleria
ce — ci
celo — cielo
cervosa — cervogia

chiunque — chiunque
circunvicino — circonvicino
cirimonia — cerimonia
clarissimo — chiarissimo
cognoscere — conoscere
comminchiare — cominciare
comitii — comizi
commissario — commissario
communicare — comunicare
compensa — ricompensa, compenso
concigliare — conciliare
condannare — condannare
condescendere — condiscendere
confirmare — confermare
confirmatione — confermazione
congiongere — congiungere
congiontione — congiunzione
congiuntura — congiuntura
congettura — congettura
conseglio — consiglio
consequentia, consequenza — conseguenza
consignare — consegnare
constantemente — costantemente
constituire — costituire
continovamente — continuamente
contrahere — contrarre
conventicolo, conventicula —
conventicola
corrolo — corriere
cuntatione — indugio
curtare — coartare

da manco — dammeno
danio, dano — danese
de — di
decembre — dicembre
dechiarare — dichiarare
dechiaratione — dichiarazione
defendere — difendere
defensione — difesa
defferire — differire
deffettuoso — difettoso
defonto — defunto
demonstratione — dimostrazione
denegrare — denigrare
dependere — dipendere
depingere — dipingere

deponere — deporre
 descendere — discendere
 desperare — disperare
 despetto — dispetto
 despiacere — dispiacere
 desterità — destrezza
 destruere — distruggere
 detrahere — detrarre
 dicifrare — decifrare
 diece — dieci
 difficoltà — difficoltà
 dimanda — domanda
 dimandare — domandare
 diocese — diocesi
 disonire — disunire
 disponere — disporre
 divulgare — divulgare
 dodeci — dodici
 doi — due
 dominica — domenica
 donque — dunque
 doplicato — duplicato
 dovero — dovere
 dua — due
 dubio — dubbio
 dui, duoi — due

 elatione — orgoglio, superbia
 escedere — eccedere
 escitare — eccitare
 excusare — scusare
 spedire — spedire, inviare
 espettare — aspettare
 esponere — esporre
 essacerbare — esacerbare
 essaltatione — esaltazione
 essaminare — esaminare
 essausto — esausto
 essecutione — esecuzione
 eseguire — eseguire
 esempio — esempio
 esemplare — esemplare
 essequie — esequie
 essequire — eseguire
 essistimatione — estimazione
 essito — esito
 essortare — esortare
 estorquere — estorcere
 estrahere — estrarre
 etiamdio — eziandio

 facultà — facoltà
 familia — famiglia
 fantaria — fanteria
 fascinare — affascinare
 fatiga — fatica

febrero — febbraio
 febre — febbre
 fidele — fedele
 fidelmente — fedelmente
 fontione — funzione
 forastiero — forestiero
 formento — frumento
 fornire — compiere, eseguire
 forsi — forse
 foruscito — fuoruscito
 fundamento — fondamento
 fundare — fondare
 fuora — fuori

 gennaro — gennaio
 giongere — giungere
 giuntamente — congiuntamente

 hidropesia — idropisia
 homo — uomo
 honesto — onestà

 immaculato — immacolato
 impietà — empietà
 impingere — spingere
 impio — empio
 inanzi — innanzi
 incertitudine — incertezza
 infirmità — infermità
 infringere — infrangere
 inquirere — inquisire
 insimulare — simulare
 insognare — sognarsi
 istromento, instrumento — strumento
 intrare — entrare
 intrata — entrata
 intrico — intrigo
 introdottione — introduzione
 inundatione — inondazione
 istromento — strumento

 labia — labbra
 lassare — lasciare
 laudare — lodare
 leggieri — leggero
 lievare — levare
 limosina — elemosina
 longo — lungo
 loreno — lorenese
 luoco — luogo

 maiordomo — maggiordomo
 malacconcio — disacconcio
 matregna — matrigna
 medemo — medesimo
 medesmamente — medesimamente

medesmo — medesimo
 migliore — migliore
 melancholico — malinconico
 mercordì — mercoledì
 meritricola — meretrice
 mescuglio — miscuglio
 mestieri, mestiero — mestiere
 mezo — mezzo
 mo — ora, adesso
 movere — muovere

neanco — neanche
 nimico — nemico
 nissuno, nessuno — nessuno
 nodrire — nutrire
 nol — non lo
 nonciatura — nunziatura
 nontio — nunzio
 notrire — nutrire

obbedienza — obbedienza, ubbidienza
 obedire — ubbidire
 obligare — obbligare
 obbligo — obbligo
 obsequentissimo — ossequentissimo
 obsequio — ossequio
 offerire — offrire
 oglio — olio
 oltra — oltre
 ontione — unzione
 onto — unto
 operario — operaio
 opponere — opporre
 orare — arringare, parlare in
 un'adunanza
 ordenanza — ordinanza

paiese — paese
 parochia — parrocchia
 parocho — parroco
 participatione — partecipazione
 particolare — particolare
 particularizare — particolareggiare
 pensero — pensiero
 periculoso — pericoloso
 per lo che, perloché — per la qual
 cosa, per la qual ragione
 pernitoso — pernicioso
 perplessione — perplessità
 pertenere — appartenere
 pocho — poco
 poidomani — dopodomani
 polono — polacco
 ponto — punto
 popularare — popolare
 populo — popolo

postdomani — dopodomani
 pranso — pranzo
 preghera — preghiera
 pressura — pressione
 pretenso — preteso
 pretensore — pretendente
 priegare — pregare
 prolongare — prolungare
 proponere — proporre
 provedere — provvedere
 providenza — provvidenza
 provisione — provvisione
 pruova — prova
 pruovare — provare
 puocio, puoco — poco
 pure — solamente
 puro — solo

qualonche, qualunche — qualunque
 quetare — quietare
 quindeci — quindici

racordo — ricordo
 ragunanza — radunanza
 reamare — riamare
 reassumere — riassumere
 rebuttare — ributtare
 recevere — ricevere
 recognitione — ricognizione
 recognoscere — riconoscere
 recomandare — raccomandare
 reconciliare — riconciliare
 reconciliatione — riconciliazione
 recordatione — ricordanza
 recorere — ricorrere
 redificare — riedificare
 redondare — ridondare
 redurre — ridurre
 reedificare — riedificare
 referire — riferire
 reina — regina
 retro — raitro
 remanere — rimanere
 remedio — rimedio
 remettere — rimettere
 removere — rimuovere
 renascere — rinascere
 renonciare — rinunziare
 renovare — rinnovare
 repetere — ripetere
 reportare — riportare
 reprendere — riprendere
 represaglia — rappresaglia
 reprobare — riprovare
 rescrivere — riscrivere
 resedere — risedere, risiedere

resentimento — risentimento
 resentire — risentire
 resolutione — risoluzione
 resoluto — risoluto
 respondere — rispondere
 restretivo — ristrettivo
 restringere — ristringere
 resurgere — risorgere
 retenere — ritenere
 revolutione — rivoluzione
 ribello — ribelle
 riceuta — ricevuta
 ricognoscere — riconoscere
 rilassare — rilasciare
 rimovere — rimuovere
 rinontia — rinunzia
 rinnovare — rinnovare
 riprehensione — riprensione
 ripresaglia — rappresaglia
 risguardo — riguardo
 risponda — risposta

 sagro — sacro
 sadisfazione — soddisfazione
 satisfare — soddisfare
 satisfattione — soddisfazione
 scandolo — scandalo
 scrima — scherma
 scuoprire — scoprire
 scuto — scudo
 se — si
 seculare — secolare
 securamente — sicuramente
 securezza — sicurezza
 securò — sicuro
 segondo — secondo
 segurtà — sicurtà
 sequente — seguente
 servare — serbare, osservare
 servidor — servitore
 sigurtà — sicurtà
 sodeetto — suddetto
 soffisticare — sofisticare
 soggerire — suggerire
 soggiongere — soggiungere
 sollicitudine — sollecitudine
 sollicitare — sollecitare
 sopragiongiore — sopraggiungere
 sospitione — sospizione

sottrahere — sottrarre
 sovragiungere — sopraggiungere
 spediente — expediente
 spento — spinto
 spetie — specie
 sponsalitio — sposalizio
 stinguere — estinguere
 suadere — persuadere
 subintrare — subentrare
 suffrire — soffrire
 suggetto — soggetto
 suministrare — somministrare
 sumissione — sommissione
 suoé — sue
 supire — sopire
 suspendere — sospendere
 suspensione — sospensione
 suspenso — sospeso
 suspecto — sospetto
 suspicare — sospettare
 suterfugio — sotterfugio
 suttrarre — sottrarre
 sveco (sueco) — svedese

 tesorieri — tesoriere
 transgredire — trasgredire
 traporre — frapporre
 triegua — tregua
 truovare — trovare
 turbido — torbido
 turbulentia — turbolenza

 ulterioramente — ulteriormente
 undeci — undici

 vaivoda — voivoda
 ve — vi
 veneno — veleno
 vettuaglie — vettovaglie
 veramenti — veramente
 vicecancellieri — vicecancelliere
 vinti — venti
 vocabulo — vocabolo
 volentir — volentieri
 volontieri — volontieri
 voluntà — volontà
 vulgare — volgare

 zifra — cifra

FORMAE VETERES ET OBSOLETAE VERBORUM TEMPORALIUM FLEXURAE
in Italico sermone praeſentes

abbandonarà — abbandonerà
abboccarò — abbocherò
abbrugorno — abbruciarono
accaderà — accadrà
accertarò — accerterò
accettarà — accetterà
accompagnarà — accompagnerà
accompagnaranno — accompagneranno
accompagnaremo — accompagneremo
accreschi — accresca
acquietaranno — acquieteranno
acquietaria — acquieterebbe
acquietarà — acquieterà
aggiongerano — aggiungeranno
alienorno — alienarono
alterarebbono — altererebbero
amministrarà — amministrerà
aiutarà — aiuterà
alterarà — altererà
ampliaranno — amplieranno
andarà — andrà
andaranno — andranno
andarebbe — andrebbe
andariano — andrebbero
andarò — andrò
andava — andavo
anderò — andrò
andorno — andarono
aparischi — apparisca
apparechiarà — apparecchierà
apparirebbono — apparirebbero
apparito — apparso
apparteneranno — apparterranno
appartenessi — appartenesse
approvorno — approvarono
ardiria — ardirebbe
ardischi — ardisca
arrivaranno — arriveranno
aspettamo — aspettiamo
aspettarà — aspetterà
aspettaremo — aspetteremo
aspettarò — aspetterò
assisti — assista
assistino — assistano
asteniranno — asterranno
